N. Inv. 4257.

Ex Libris Gasparis Columnae
Cieciszowski Canonici Varsaviensis

Selecta
ex Græcis Scriptoribus
Latine reddita ad verbum.

Romæ 1768.

Luciani Dialogi.

Crœsus, Pluto, Menippus, Midas, Sardanapalus.

A.

Cr. Non toleramus o Pluto, Menippum hunc canem commorantem nobiscum. Quare aut illum alibi colloca, aut nos commigrabimus in alium locum. Pl. Quidnam vobis grave facit, cum simul mortuus sit? Cr. Quoniam nos ploramus, et gemimus recordantes eam rerum, quę supra terram fuerunt Midas quidem hic recordans auri. Sardanapalus autem multę volu

ptatis, ego vero Thesaurorum; irri-
det, et increpat, mancipia, et piacula
nos appellans. Interdum autem etiam
cantans conturbat nostros gemitus, et
omnino molestus est. Pl. Quid? Haec
dicunt Menippe? Men. Vera, o Pluto:
Odio enim habeo ipsos, ignavi et per-
niciosi qui sunt. Quibus non satis
fuit vixisse male, sed etiam mortui
etiam nunc meminerunt rerum terre-
narum et animum intendunt in ea,
quę supra terram sunt. Gaudeo igitur
contristans illos. Pl Sed non oportet.
Dolent enim non parvis rebus privati.
Men. Etiam tu stultus es o Plutó
consentiens existens ~~h~~orum gemitibus.
Pl Nullo modo. Sed nollem discor-
dare vos. Me vos porro pessimi
Lydorum, et Phrygum, et Assyriorum

sic cogitate, quod non conquiescens me, hinc si abeatis, sequar contristans, et occinens, et irridens. Cr Hæc non injuria sunt? Me Non; sed illa injuria erant, quæ vos faciebatis, adorari vos dignos existimantes, et liberos homines ludificantes, et mortis omnino non reminiscentes. Igitur plorate omnibus illis rebus privati. Cr Multis certe, o Dii, et magnis possessionibus. Mi Quanto ego quidem auro! Sar. Quanta ego voluptate! Men. Euge sic facite, lugete quidem vos. Ego vero nosce te ipsum sæpe connectens h. e. repetens supercantabo vobis. Decet enim his gemitibus supercantantem esse me.

Mercurius et Charon.

II.

Merc. Supputemus, o Portitor, si videtur

quam multa mihi debeas jam ut ne rursus contendamus aliquid h. e, in aliqua re de ipsis. Ch. Supputemus o Mercuri. Melius enim definire de ipsis, quæ debentur et minoris negotii. Merc. Ancoram mandanti tibi emi quinque drachmis. Ch. Magno pretio dicis. Mer. Per Plutonem, quinque drachmis illam emi, et funiculum ad alligandos remos duobus obolis. Ch. Pone quinque drachmas, et obolos duos. Mer. Et acum ad resarciendum velum emi. Quinque obolos ego ei solvi. Ch. etiam hos adjunge. Merc. Et ceram, ut oblinantur parvi navigii operta, h. e. rimæ, et clavos, et funiculum, ex quo funiculo hypperam h. e funem nauticum quo cornua antennarum transferuntur fecisti. Duabus drachmis omnia. Ch. Euge justo pretio hæc emisti. Mer.

Hæc

hae sunt; nisi aliquid aliud nos latuit in supputatione. Quando igitur haec redditurum te dicis? Ch. Nunc quidem o Mercuri impossibile. Si autem pestis aliqua, vel bellum demiserit frequentes aliquos, licebit tunc lucrari in multitudine me falso supputantem portoria, h. e. mihi supputanti etc. Mer. Nunc igitur ego sedebo, pessima rogans, ut eveniant, ut his fruar. Ch. Non licet aliter o Mercuri. Nunc autem pauci ut vides, veniunt ad nos. Pax enim est. Mer. Melius sic; etiam si nobis prorogetur a te debitum. Verum enim vero prisci illi, o Charon, nostri quales veniebant fortes omnes sanguine pleni, et saucii multi. Nunc autem vel veneno aliquis a filio propinato mortuus, vel ab uxore, vel ob voluptatem tumefactus ventrem

trem, et crura. Pallidi enim omnes, et ignavi, neque similes illis. Plurimi ipsorum ob pecunias veniunt insidiantes invicem, ut videntur. Ch. Omnino enim desiderabilia sunt hae h. e. pecuniae. Mer. Igitur neque ego videar peccare acerbe repetens, quae mihi sunt debita a te.

Vulcanus et Jupiter.

III.

Vulc. Quid me, o Jupiter oportet facere? Venio enim, ut jussisti habens securim acutissimam, etiamsi oporteret unico ictu lapides dividere. Jup. Euge, o Vulcane, sed divide meum caput in duo h. e in duas partes impingens. Vul. Tentas me an insaniam? Impera igitur vere, quod vis fieri. Jup. Divide mihi calvariam; si autem non obedies, non nunc primum irascentem experieris

me

me. Sed oportet pervenire toto animo, vulnere ad calvariam neque cunctari. Pereo enim prae doloribus, qui meum cerebrum invertunt. Vul. Vide, o Jupiter, ne malum aliquod faciamus. Acuta enim securis est, et non sine sanguine, neque secundum Lucinam h. e. Lucinae more obstetricabitur tibi. Jup. Impinge solum o Vulcane audens, h. e. audacter. Scio enim ego utilitatem. Vul. Invitus quidem impingam. Quid enim non oportet facere te jubente? Quid hoc? Puella armata; magnum o Jupiter, malum habebas in capite. Merito igitur iracundus eras, talem sub meninge virginem nutriens praesertim armatam. Nimirum castra, non caput oblitus fueras habens h. e. te habere. Illa autem saltat, et tripudiat cum armis, et scutum quatit, et hastam vibrat,

et

et furore concitatur. Et quod maximum est pulchra omnino, et florens ætate facta est jam brevi tempore. Cæruleos quidem oculos habens, sed ornat etiam hoc galea. Quare o Jupiter, obstetricandi premium mihi solve despondens mihi illam. Jup. Impossibilia quidem postulas o Vulcane, virgo enim semper vult manere. Ego certe, quantum in me est, non contradico. Vulc. Hoc volebam. Mihi curæ erunt reliqua, et jam corripiam illam. Jup. Si tibi facile hoc fac; Tamen scio, quod impossibilia appetis.

Menippus, et Cerberus

IV.

M. O Cerbere, cognatus enim sum tibi canis ~~etiam~~ ipse existens dic mihi per stygem paludem Qualis erat Socrates quando descenderat ad vos?

vos? verisimile vero est te Deum existentem non latrare solum, sed etiam humane sonare h. e loqui quando velis. Cerb. A longe quidem, o Menippe omnibus videbatur immobili vultu accedere, et non omnino timere mortem visus, et hoc demonstrare iis, qui extra ostium stabant, volens. Postquam autem inclinavit intra hiatum, et vidit caliginem, et ego adhuc cunctantem ipsum mordens a conito pertraxi per pedem, sicut infantes ejulabat, et suos liberos deplorabat, et fiebat omnifarius. M. Non igitur Sophista homo erat, neque vere contemnebat hanc rem? C. Non, sed quandoquidem necessarium hoc ipsum h. e. mortem videbat, audax erat, quasi non invitus passurus, quod omnino oportebat pati, ita ut mirarentur spectatores. Et universe de omnibus hominum

talium

talium, h. e. his talibus dicere possem: usque ad ostium audaces, et fortes sunt; sed intra redargutio sincera, h. e. redargui potest eorum timor. M. Ego vero quomodo tibi descendisse visus sum? Cer. Solus o Menippe digne genere tuo, h. e. ut tuo generi conveniebat et Diogenes ante te. Quoniam non necessitate coacti ingressi fuistis, neque impulsi, sed volentes, ridentes, plorare nunciantes omnibus.

Diogenes. Mausolus.

V.

D. O Car h. e. ex Caria propter quam rem superbis, et omnibus nobis anteponi te dignum censes. M. Etiam propter regnum quidem, o Sinopee ego qui regnavi Caria tota, et imperavi Lydis aliquot, et Insulas quasdam subegi, et usque ad Miletum

per.

perveni multa Joniæ h. e. magnam
Joniæ partem vastans. Et pulcher
eram, et magnus, et in bellis fortis.
Hoc autem maximum, quod in Urbe
Halicarnasso monumentum omnino
magnum habeo positum, quantum
non alius mortuus habet sed neque
sic in pulchritudinem h. e. pulchre
conditum equis, et viris in accura-
tissimum h. e. accuratissime expressis
lapide pulcherrimo, qualiter ne fa-
num quidem inveniat aliquis facile.
Non videor tibi juste de his superbire.
D. De regno dicis, et pulchritudine,
et mole sepulchri? M. Per Jovem
de his. D. Sed o pulcher Mausole,
neque robur etiamnum tibi illud,
neque forma adest. Si igitur aliquem
eligamus judicem de pulchritudine,
non possum dicere, cujus rei causa
tua calvaria anteponi possit meæ,

Calva

Calva utraque, et nuda est et dentes similiter ostendimus, et oculis sumus orbati, et secundum nares simi facti sumus. Sepulchrum vero, et pretiosi illi lapides Halicarnassensibus quidem fortasse licere potest ostendi, et jactari apud hospites perinde quasi aliqua magna structura illis sit. Tu autem, o optime, non video, quare frueris illo, nisi hoc dicas, quod magis, quam nos pondus sustines a talibus lapidibus pressus. M. Inutilia igitur mihi illa omnia, et par honore erit Mausolus, et Diogenes? D. Non par honore o nobilissime non. Mausolus enim plorabit reminiscens earum rerum, quę sunt supra terram, in quibus felix esse putabatur. Diogenes vero deridebit eum; et sepulchrum ille quidem h. e. Mausolus in Halicarnasso Urbe dicet suum

ab Artemisia Uxore, et Sorore ex
tructum. Diogenes vero corporis
quidem, utrum aliquod sepulchrum
habeat, nescit. Neque enim curæ illi
erat de hoc. Famam autem optimus
de se dereliquit, de se inquam ho
mine, vitam qui vixit sublimiorem,
o Carium abjectissime, tuo sepulchro,
et in stabiliore loco extructam.

Isocratis ad Demonicum Oratio Hortatoria.

In multis quidem rebus o Demonice, valde differentes inveniemus, et bonorum virorum sententias, et malorum hominum cogitationes. Multo autem maximam differentiam ceperunt in familiaritatibus inter se, hi enim h. e. mali amicos praesentes solum honorant, illi vero h. e. boni etiam longe absentes diligunt. Et quidem malorum hominum consuetudines exiguum tempus dissolvit, bonorum vero amicitias, neque omne seculum, h. e. omnia saecula delere potest. Existimans igitur convenisse gloriam appetentes, et praeseferentes institutionem bonorum virorum non autem malorum hominum esse imitatores, misi tibi hanc orationem

do-

donum, h. e. dono cum argumentum amicitiæ, quæ est inter nos, tum signum cum Hipponico familiaritatis. Convenit enim filios, queadmodum fortunarum, sic etiam amicitiæ paternæ hæredes esse. Video autem fortunam nobis opitulantem, et præsens tempus adjuvans. Nam tu quidem institutionem desideras, ego vero instituere alios conor. Et tu quidem secundum vires philosopharis, ego vero Philosophantes recta via deduco. Enimvero qui ad suos ipsorum amicos hortatorias orationes conscribunt, honestum quidem opus aggrediuntur non tamen circa optimum Philosophiæ commorantur. Qui autem junioribus duces sunt, non ad ea, per quæ vim ingenii in orationibus exercebunt, sed quomodo secundum morum indolem probi esse videantur, eo magis

quam illi audientibus prosunt; quod illi ad Orationem solum hortantur, h. e. ad Oratoriam artem addiscendam hi autem etiam mores ipsorum corrigunt. Quapropter nos non hortationem cum invenerimus, sed cum admonitionem scripserimus, futuri sumus Tibi persuadere, h. e. persuasuri sumus quas res oportet juniores appetere, et a quibus operibus abstinere, et quibuscum hominibus colloqui, et quomodo suam ipsorum vitam dispensare. Qui enim hanc viam vitæ ingressi sunt, hi soli virtutem assequi non fucate potuerunt: qua nulla possessio honestior, neque stabilior est. Pulchritudinem enim vel tempus consumpsit, vel morbus tabefecit: divitiæ vero pravitatis potius, quam honestatis Ministræ sunt, licentiam ignaviæ præparantes, et ad voluptates juvenes excitantes, robur autem corporis cum prudentia quidem utile fuit, sine ea vero plus habentibus nocuit, et corpora

qui-

quidem se se exercentium commodis affecit, animę vero studiis obscuritatem attulit. Virtutis vero possessio, quibus pure in mentibus concreverit, sola quidem consenescit; divitiis autem melior, et utilior nobilitate: et aliqis quidem impossibilia possibilia efficiens, multitudini vero terribilia audacter sustinens: et otium quidem dedecus, laborem vero laudem existimans. Facile autem hoc discere licet, et ex Herculis certaminibus, et ex Thesei factis, quibus h.e. Herculi, et Theseo morum virtus tantam glorię notam operibus intulit, ut ne omne quidem tempus possit oblivionem inducere ab illis factorum. Verum enim vero etiam Patris institutorum recordans, domesticum et pulchrum habebis exemplum eorum, quę a me dicentur. Neque enim parvipendens virtutem, neque ignaviter vivens finivit vitam, sed corpus quidem laboribus exercebat,

animo

animo vero pericula sustinebat. Neque divitias intempestive amabat, verum fruebatur quidem præsentibus bonis ut mortalis, curabat vero de bonis, quæ aderant, ut immortalis: Neque humiliter traducebat suam ipsius vitam, sed et honestatis amator erat, et magnificus, et amicis communis: et magis admirabatur h. e. pluris faciebat eos, qui circa se ipsum studiosi erant, quam qui genere accedebant, h. e. cognatos. Existimabat enim esse ad societatem multo meliorem naturam, quam legem, et mores, quam genus, et prælectionem, quam necessitatem. Relinqueret nos, h. e. nobis deficeret omne tempus, si omnes illius actiones enumeraremus; sed diligentiam illarum actionum aliis temporibus declarabimus. Specimen porro Hipponici naturæ nunc attulimus, ad quod oportet vivere te, tamquam ad exemplum, te inquam legem illius mores existimantem, imi-

ta-

tatorem, et æmulatorem paternę virtutis factum. Turpe enim est pictores quidem assimilare, h. e. pingere pulchra animalium, h. e. pulchra animalia, filios vero non imitari probos parentum, h. e probos parentes. Existimo autem, nemini pugilum sit convenire contra adversarios exercere se, ut tibi considerare, quomodo æmulus fias Patris studiis. Usque adeo mentem impossibile est disponere non multis, et pulchris preceptis plenum, h. e. eum, qui non sit plenus. Corpora enim modera tis laboribus; anima vero bonis sermonibus augeri solet. Quapropter ego tibi conabor breviter proponere, per quę studia mihi videaris plurimum ad virtutem procedere, et apud alios homines probari. Primum igitur venerare quę ad Deos pertinent, non solum sacrificans, sed etiam juramentis manens: illud enim pecuniarum abundan-

tis augurium, hoc vero morum honestatis argumentum est. Honora numen semper quidem, maxime vero cum Civitate, h. e. quando Civitas publice illud honorat sic enim videberis simul et Diis sacrificare, et legibus obtemperare. Talis sis erga Parentes, quales peteres erga te ipsum esse tuos ipsius filios. Exerce ex exercitationibus circa corpus non eas, quæ ad robur, sed quæ ad valetudinem conferunt; hoc autem consequi poteris, si desistas a laboribus adhuc laborare potens. Neque risum præcipitem ama, neque orationem cum audacia suscipe, illud enim stultum, hoc vero furiosum est. Quæ facere turpe est hæc puta neque dicere esse honestum. Assuefac te ipsum esse non tetricum, sed cogitabundum: per illud enim ferox, per hoc autem prudens esse videberis. Existima maxime tibi ipsi convenire ornatum, verecundiam, justitiam, temperantiam: his enim omnibus

bus videntur contineri juniorum mores.
Nunquam aliquid turpe cum feceris,
spera, illud absconditum iri: etenim
etiamsi aliis lateas, tibi ipsi certe
conscius eris. Deum quidem time, pa
rentes vero honora, amicos reverere,
legibus obedito, voluptates venare, quæ
cum gloria sunt, h. e. quæ pariunt glo-
riam. Delectatio enim cum honesto,
h. e. honestate quidem optima res est
sine hoc vero honesto pessima res est.
Cave calumnias etiamsi falsæ sint;
multi enim veritatem quidem ignorant,
ad opinionem vero aliorum respiciunt.
Omnia videare facere, ut neminem celatu
rus, etsi enim in præsens delitescas, postea
conspicieris. Maxime autem placere
potes, si appareas illa non faciens, quæ
aliis facientibus exprobrares. Si sis di-
scendi amator, eris etiam multa discens.
Quæ quidem scis, conserva meditationibus
Quæ vero non didicisti percipe scientiis.

Peræque

Neneque enim turpe est; eum qui audivit utilem sermonem non discere, ac datum aliquod bonum ab amicis non accipere. Consume quod est in vita otii in sermonum libenti auscultatione, ita enim ab aliis difficulter inventa continget tibi facile discere. Existima multa præceptorum, h. e. præcepta multis e'e pecuniis meliora. Hæ enim cito deficiunt, illa vero omne tempus permanent. Sapientia enim sola est possessionum immortale, h. c. possessio immortalis. Ne graveris longam viam ingredi ad eos, qui docere aliquid utile polliceantur. Turpe enim est Mercatores quidem tanta maria pertransire causa majorem faciendi rem familiarem præsentem, juniores vero non sustinere itinera secundum terram h. e. terrestria ad meliorem efficiendam suam ipsorum mentem. Moribus quidem sis affabilis, sermone vero urbanus. Est quidem affabilitatis appellare occurrentes; urbanitatis autem sermonibus

cum

cum ipsis familiariter colloqui. Suaviter quidem habe te apud omnes, utere autem optimis. Sic enim illis quidem non molestus eris, his autem amicus fies. Collocutiones ne crebras facias cum iisdem, nec longas de iisdem rebus. Satietas enim est omnium rerum. Exerce te ipsum laboribus voluntariis, ut possis etiam involuntarios sustinere. A quibus teneri animum turpe est, horum omnium continentiam exerce; lucri, iracundiæ, voluptatis, doloris. Eris autem talis, si lucra ea esse existimaveris, per quæ commendaberis, non autem per quæ abundabis, in iracundia si consimiliter habebis te erga peccantes, quemadmodum erga te ipsum peccantem etiam alios se habere dignum esse duxeris, in jucundis rebus si turpe existimes servis quidem imperare, voluptatibus autem servire, et in tristibus rebus si aliorum calamitates

aspicias, et tui ipsius, quod homo es, recorderis. Magis conserva sermonum, quam bonorum deposita. Oportet enim, probos homines modum juramenti fideliorem apparere praestantes. Convenire existima, malis hominibus non credere, sicut optimis viris credere. De arcanis nemini loquere, praeterquam si aeque prosit res taceri, et tibi dicenti, et illis audientibus. Juramentum impactum, h. e. non sponte susceptum accipe ob duas causas, vel te ipsum crimini turpi liberans, vel amicos a periculis servans. Propter pecunias vero neminem Deum jurabis, neque si recte jurare futurus sis. h. e juraturus sis videberis enim aliis pejurare, aliis avare te habere. Neminem amicum fac prius, quam exquisiveris, quomodo usus fuerit prioribus amicis. Spera enim, ipsum etiam circa te futurum talem, qualis, et circa illos fuit. Tarde quidem amicus fias, factus autem conare permanere.

nere. Similiter enim turpe est nullum amicum habere, ac multos sodales mutare. Neque cum damno periclitare amicos, neque ignarus esse sociorum velis, h. e. noli ignorare eorum mores Hoc autem facies, si non indigens, indigere fingas. De dicendis, tanquam de non dicendis communica cum illis, cum enim non assecutus fueris, ut taceant nihil damno afficieris, cum autem assecutus fueris, ut taceant magis mores ipsorum scies. Experire amicos, et ex infelicitate circa vitam, et in periculis communione. Etenim aurum in igne experimur, amicos vero in infelicitatibus dignoscimus. Sic autem optime uteris amicis, si non expectes ab illis preces, sed sponte promittens in opportunitatibus ipsis auxilieris. Similiter turpe puta inimicorum vinci ab injuriis, et amicorum succumbere beneficiis. Accipe sociorum, h. e. ex sociis eos non solum in malis, h. e. mala aegreferentes, sed etiam in bonis h. e. aliorum bonis non invidentes. Multi

enim

enim infelicibus amicis condolent, sed bene habentibus, h. e. felicibus invident. Absentium amicorum mentionem fac apud presentes, ut videans neque istos absentes parvifacere. Esse velis secundum ea quę ad vestitum pertinent elegans, non autem lascive te ornans. Est enim elegantis magnificum h. e. propria est magnificentia, lascive autem se ornantis Supervacaneum, h. e. propria est superfluitas. Ama pręsentium bonorum non excedentem possessionem, sed moderatam fruitionem. Contemne qui circa divitias sunt solliciti, uti autem pręsentibus non potentes, h. e. nescientes. Similiter enim tales patiuntur, quemadmodum si quis equum possideret pulchrum male equitare sciens. Conare divitias, pecunias, et possessiones comparare. Sunt enim pecunię iis, qui possunt uti, h. e. illi vere habent pecunias, qui illis uti sciunt. possessiones vero sunt iis h. e. illis vere possessiones hunt qui sciunt frui. Aestima pręsentem for-

tu-

tunam duarum rerum causa, et causa jacturam magnam resarciendi, et causa unico probo calamitoso auxiliandi. Ad aliam vitam h. e. ad alias vitæ rationes nihil immodice, sed moderate ipsam vitam ama. Dilige quidem præsentia, sed quære optima. Nemini calamitatem exprobratis, communis enim est fortuna, et futurum est invisibile. Bonis benigne fac. Pulcher enim thesaurus est ab homine probo gratia debita. Malis hominibus benefaciens similia patieris alienas canes nutrientibus: nam et illæ dantibus, quemadmodum h. e. nihil minus, quam aliis obviis allatrant, et mali eos, queadmodum, h. e. nihil minus, quam eos qui juvant, injuria afficiunt. Odio habe adulantes, quemadmodum decipientes. Utrique enim crediti, h. e. si fides eis habeatur eos, qui credunt injuria afficiunt. Si autem susceperis amicos circa minimum, h. e. in minimis rebus tibi gratificantes;

non

non habebis in vita eos, qui circa optimum, h. e. in optimis rebus inimicitias suscipiant. Sis erga appropinquantes affabilis, non autem austerus. Horum quidem despectivum tumorem vix servi tolerare possunt. Illorum vero affabilem morem, omnes libenter sustinent. Affabilis autem eris non litigiosus existens, neque inamabilis, h. e. morosus neque ad omnia pervicax, neque ad accedentium iras aspere occurrens, neque si injuste irascentes sint, sed iratis quidem ipsis cedens, desinentes vero irg, h. e. irasci increpans. Neque circa ridicula serius, neque circa seria ridiculis gaudens, etenim intempestivum ubique molestum, neque gratias ingrate gratificans, h. e. neque gratias moleste conferens quod patiuntur multi facientes quidem bene, insuaviter tamen amicis inservientes: neque querulus existens, grave enim est neque increpator, exacerbativum enim est. Maxime quidem evita in potionibus conventus, si quando autem tibi incidat

occasio

occasio, exurge ante ebrietatem. Quando enim mens a vino corrumpatur, similia patitur curribus aurigas projicientibus, nam et illi currus inordinate feruntur aberrantes a dirigentibus, et animus multum errat corrupta mente. Immortalia cogita cum esse magnanimum, h. e. magnanimus esto. Stens, mortalia vero cum moderate præsentibus fruendo, h. e. moderate fruens. Existima, eruditionem tanto melius bonum esse ignorantia, quanto alia quidem mala omnes lucrantes faciunt, h. e. ex aliis malis fructus aliquis existit hæc autem sola etiam detrimento afficit habentes. Sæpe enim ignavi quem verbis molestis affecerunt, huic factis pœnam solverunt. Quos volueris fieri tibi amicos, bonum aliquod dic de ipsis ad annunciantes, h. e. ad eos, qui hoc ipsum illis nuncient. Initium enim amicitiæ laus est, inimicitiæ vero vituperatio. Deliberans præterita fac exempla futurorum

rorum. Obscurum enim ex manifesto celerrimam habet dijudicationem. Delibera quidem lente, perfice vero celeriter quæ visa sunt. Existima optimum esse a Deo quidem felicitatem, h.e. a Deo nihil melius tribui quam felicitatem a nobis autem ipsis bonum consilium. De quibus vereris libere loqui, vis vero cum aliquibus amicorum communicare, utere sermonibus, ut de aliena re, h.e. loquaris de re tanquam non tua. Sic enim et illorum sententiam senties, et te ipsum non manifestum facies. Quando enim de rebus tuis ipsius futurus es aliquem consulere, h.e. consulturus es inspice primum, quomodo de suis ipsius rebus disposuit, qui enim male cogitavit de propriis, nunquam bene consilium dabit de alienis. Sic maxime consultare, h.e. ad consultandum, excitari poteris calamitates, quæ ex temeritate proveniunt inspicias. Etenim valetudinis maximam diligentiam habemus, cum meminerimus dolorum, qui ex infirmitate oriuntur.

Imitare

Imitare Regum mores, et sectare illorum studia, videberis enim ipsos amplecti, et æmulari, ut tibi contingat, et apud multitudinem magis probari, et ab illis benevolentiam habere firmiorem. Obedi quidem legibus, quæ ab Regibus sunt positæ, verum fortissimam legem esse existima illorum mores. Quemadmodum enim eum, qui in Democratia gubernat, multitudini oportet famulari, sic et eum, qui in monarchia versatur, Regem oportet admirari, h. e. observare, et revereri. In magistratu constitutus nemine utere malo homine ad administrationes. Quibus enim rebus ille peccaverit, earum tibi causas imponent. Ex communibus procurationibus discede non ditior, sed gloriosior, multis enim pecuniis, melior est apud multitudinem laus. Nulli malo operi neque assistito, neque auxiliator. Videberis enim etiam

ipse

ipse talia facere, qualia aliis facientibus auxiliatus fieris h. e. qualia faciunt ii, quibus auxiliatus fieris. Dispone te ipsum plus possidere potentem, h. e. cura ut plus aliis possis possidere sustine tamen aequale aliis habere; ut videaris appetere justitiam non propter imbecillitatem, sed propter aequitatem. Potius admitte justam paupertatem, quam divitias injustas. Tanto enim melior est justitia pecuniis, quanto hae eos, qui vivunt solum juvant, illa autem etiam iis, qui mortui sunt gloriam praeparat, et harum quidem mali participes sunt, illius vero malis impossibile est participare. Neminem aemulare eorum, qui ex injustitia lucrantur, sed potius eos commenda, qui propter injustitiam damno affecti sunt. Justi enim injustos si nihil aliud, h. e. si nulla alia in se superant, spebus certe bonis antecedunt. Omnium quidē

curā

curam habe, quæ circa vitam sunt h.e. quæ ad vitam pertinent maxime vero tuam ipsius prudentiam exerce. Maximum enim in minimo, h.e. maximum aliquid e in re minima mens bona in corpore hominis. Conare secundum corpus esse amans laboris, h.e. exerce corpus laboribus; secundum autem animum conare esse amans sapientiæ, ut illo quidem h.e. corpore perficere possis, quæ visa sunt, hoc autem h.e. animo prævidere scias utilia. Omne, quod futurus es dicere, h.e. dicturus es prius considera mente, multis enim lingua præcurrit cogitationem. Puta nihil esse humanorum, h.e. humanarum rerum stabile, sic enim neque felix cum sis, eris immodice exultans, neque cum sis infelix, eris præter modum tristis. Duas fac occasiones dicendi, vel de quibus scis clare, vel de quibus necessarium est dicere. In his enim solis occasionibus sermo silentio melior est, in

ipse talia facere, qualia aliis facientibus auxiliatus fueris h.e. qualia faciunt ii, quibus auxiliatus fueris Dispone te ipsum plus possidere potentem, h.e. cura ut plus aliis possis possidere sustine tamen aequale aliis habere; ut videaris appetere justitiam non propter imbecillitatem, sed propter aequitatem. Potius admitte justam paupertatem, quam divitias injustas. Tanto enim melior est justitia pecuniis, quanto hae eos, qui vivunt solum juvant, illa autem etiam iis, qui mortui sunt gloriam praeparat, et harum quidem mali participes sunt, illius vero malis impossibile est participare. Neminem aemulare eorum, qui ex injustitia lucrantur, sed potius eos commenda, qui propter injustitiam damno affecti sunt. Justi enim injustos si nihil aliud, h.e. si nulla alia in se superant, spebus certis bonis antecedunt. Omnium quidē

curā

curam habe, quę circa vitam sunt h.e. quę ad vitam pertinent maxime vero tuam ipsius prudentiam exerce. Maximum enim in minimo, h.e. maximum aliquid e' in re minima mens bona in corpore hominis. Conare secundum corpus esse amans laboris, h.e. exerce corpus laboribus; secundum autem animum conare esse amans sapientię, ut illo quidem h.e. corpore perficere possis, quę visa sunt, hoc autem h.e. animo prævidere scias utilia. Omne, quod futurus es dicere, h.e. dicturus es prius considera mente, multis enim lingua præcurrit cogitationem. Puta nihil esse humanorum, h.e. humanarum rerum stabile, sic enim neque felix cum sis, eris immodice exultans, neque cum sis infelix, eris præter modum tristis. Duas fac occasiones dicendi, vel de quibus scis clare, vel de quibus necessarium est dicere. In his enim solis occasionibus sermo silentio melior est, in

aliis vero melius est silere, quam loqui. Gaude de contingentibus bonorum, h. e. de bonis quę contingunt et tristare modice de accidentibus malorum, h. e. de malis quę accidunt. Sis autem aliis in neutris existens manifestus, h. e. ne indices aliis bona vel mala tua. Absurdum enim est fortunas quidem in domibus abscondere, cogitationem vero manifestam habentem, h. e. cogitationes suas prodentem incedere. Magis evita vituperationem, quam periculum, oportet enim, esse terribilem malis hominibus vitę finem, probis vero in vivendo dedecus. Maxime quidem enitere vivere secundum securitatem, h. e. secure si quando autem tibi contingat periclitari, quęre ex bello salutem cum honesta gloria, non autem cum turpi fama. Mori enim omnibus Fatum sententiam tulit, honeste autem mori, proprium bonis natura attribuit. Neque mirabeus, si multa eorum, quę dicta a me sunt, non conveniant Tibi ad ętatem

tem

tem, quę nunc est tibi, neque enim me hoc latet, sed malui per hanc tractationem, et pręsentis vitę consilium afferre, et futuri temporis pręceptum relinquere. Hunc enim harum rerum usum facile cognosces, dantem autem consilium cum benevolentia difficulter invenies. Ut igitur reliqua non ab alio quęras, sed hinc, h. e. ab hac oratione tanquam ex promptuario proferas, existimavi oportere nihil pręterire eorum, quorum habeo, h. e. possum te commonere. Multam vero Deo gratiam haberem, si non errarem opinione, quam habens de te sum, h. e. quam habeo. Aliorum enim, h. e. alios plurimos inveniemus, quemadmodum cibis suavissimis magis, quam sanissimis gaudentes, ita et amicorum, h. e. amicos plurimos simul peccantibus accedentes, h. e. adhęrentes non vero admonentibus. Te autem judico contrarium horum statuisse, argu

mento

mento utens, h. e. adductus tuæ circa aliam institutionem, h. e. circa doctrinam aliarum rerum sollicitudinis. Nam sibi optima facere præcipientem, hunc decens est aliorum ad virtutem exhortatores amplecti. Maxime vero excitaberis appetere, h. e. ad appetendum honesta opera, si discas, quod voluptates ex his, h. e. quas capimus ex his maxime germane, h. e. verissimas habemus. Etenim in segniter agendo, et in voluptates amando, statim dolores voluptatibus adhæserunt. At circa virtutem sollicitum esse, et sapienter suam ipsius vitam administrare, semper delectationes sinceras, et firmiores dat. Et illic quidem primum delectationem capientes postea tristati sumus, hic vero post dolores voluptates habemus. In omnibus autem operibus non ita principii recordamur, ut finis sensum accipimus. Etenim plurima eorum, quæ circa vitam sunt h. e. quæ ad vitam pertinent, non propter ipsas res facimus, sed evenientium

tium causa laboramus. Cogita vero, quare malis hominibus contingit quodlibet facere (statim enim vitę tale fecerunt propositum) bonis autem non possibile sit virtutem negligere, vel non multos habere reprehendentes. Omnes enim odio habent non sic peccantes, et dicentes quidem se esse aequos, nihil autem, h. e. nulla in re a vulgo differentes. Ubi, h. e. si enim oratio-ne sola fallentes se probamus, utrum in vita omni deficientes non malos esse dicemus? Juste autem tales hos judicare possumus, non solum in se ipsos peccare, sed etiam fortunę esse proditores, hęc enim fortuna ipsis pecunias, et gloriam, et amicos tradidit, hi autem se ipsos indignos pręsente felicitate effecerunt. Si autem oportet eum, qui est mortalis, Deorum conjectare cogitationes, existimo etiam illos in propriissimis rebus maxime demonstrasse, quomodo se habeant erga malos, et bonos hominum,

h. e

h. e. homines. Juppiter enim Herculem, et Tantalum cum genuisset, (ut fabulæ loquuntur, et omnes credunt) illum quidem propter virtutem immortalem fecit, hunc vero propter pravitatem maximis pœnis punivit. Quibus exemplis utentes oportet appetere honestatem, et non solum a nobis dictis insistere, sed etiam Poetarum optima discere, et aliorum sapientum, si quid utile dixerunt, legere. Quemadmodum enim apem videmus super omnia germina insidentem, et ab unoquoque utilia capientem, sic oportet etiam eruditionem appetentes nullius rei imperitos esse, sed undique utilia colligere. Vix enim aliquis ex hac diligentia, h. e. <u>per hanc diligentiam</u> naturæ vitia superare potest.

Demosthenis Oratio Funebris.

Quoniam in sepulchro jacentes viros bonos, qui fuerunt in bello, visum est Civitati publice sepelire, h. e exequias eis celebrare et civitas mandavit mihi solemnem orationem dicere de ipsis, cogitavi statim, quomodo decenter laudem nancisci possent. Exquirens autem, et cogitans inveni unum existens impossibilium dicere digne iis, h. e. pro dignitate eorum qui mortui sunt. Illi enim quod est omnibus ingenitum vivendi desiderium spreverunt, et voluerunt potius honeste mori, quam viventes Graeciam videre infelicem. Quomodo non insuperabilem ab omni oratione suam virtutem reliquerunt.? Honestum utique esse mihi videtur disserere similiter iis, h. e. similiter atque ii, qui ex hoc loco antea

olim dixerunt. Quomodo igitur civitas curam habet circa eos, qui mortui fuerint in bello, et ex aliis rebus licet videre, et maxime ex hac lege, juxta quam eligit dicturum de his publicis sepulturis. Cum enim vidisset ab optimis viris possessiones quidem pecuniarum, et voluptatum, quae ad vitam pertinent fruitionem esse despectas, virtutis vero, et laudum omne desiderium existens, ex quibus orationibus hae, h. e. virtus, et laus ipsis maxime nascantur, his ipsis existimarunt oportere honorare istos mortuos ut quam viventes compararunt gloriam, eadem ipsis etiam mortuis reddatur. Si igitur fortitudinem solum ipsis rerum, ad virtutem spectantium existentem viderem; hanc cum laudassem, finirem sermones. Quoniam vero et natos esse honeste, et institutos esse modeste, et vixisse magnanimiter ipsis contigit, propterea quod merito erant boni; existimato, erubescerem utique, si quid

hanum

harum rerum apparerem derelinquens
Incipiam autem ab origine generis ipsorum.
Nobilitas enim horum virorum ex plurimo tempore ab omnibus hominibus conceditur. Non enim solum in parentem ipsis, h. e. suum, et unicuique progenitorum sursum eundo viritim licet referre originem, sed ad universam generatim existentem patriam, cujus indigenæ conceduntur esse. Soli enim omnium hominum habitaverunt hanc patriam, ex qua nati sunt, et tradiderunt iis, qui erant ex ipsis filiis, et posteris. Ita ut aliquis juste existimare possit illos, qui iverunt in peregrinas Urbes, et earum cives appellantur, similes esse adoptivis filiorum, h. e. filiis adoptivis, hos vero germanos partus patriæ cives esse. Videtur mihi etiam hoc quod est fructus, quibus vivunt homines apud nos primos apparuisse (sine esse, h. e præterquam quod est maximum beneficium in omnes). videtur inquam

cla-

clarissimum signum esse, patriam esse matrem nostrorum proavorum. Omnia enim parientia simul etiam cibum natis ab ipsa origine ferunt, quod hæc regio fecit. Et quidem quæ generi conveniunt, talia per seculum, h. e. semper sunt virorum proavis. Quæ autem conveniunt fortitudini, et alii virtuti, omnia quidem pigror dicere custodiens, h. e. reservans in aliud tempus ne longitudo importuna fiat sermoni. Quæ vero etiam scientibus utilia sunt reminisci, h. e. memoratu et ignaris pulcherrima audire, h. e. auditu, et quæ æmulationem hnt, h. e. excitare possunt multam, et longitudinem sermonum, h. e. orationis non molestam habentia, hæc per capita dicere conabor. Proavi enim generationis secundum præsens tempus, h. e generationis præsentis et patres, et horum sursum eundo habentes appellationes, quibus appellationibus ab illis, qui sunt in familia dignoscuntur, injuria quidem

affe-

affecerunt neminem unquam neque Græcum, neque Barbarum, sed apud omnes alios contigit, illis honestis, et bonis, et justissimis esse. dat: p acc.
Injuriam vero propulsantes multa et clara fecerunt. Etenim Amazonum exercitum venientem vicerunt, ita ut extra Phasidem ejicerent; et Eumolpi, et alium multorum hominum non solum ex propria, sed etiam ex aliorum Græcorum regione removerunt, quos illi, qui supra nos habitant ad occidentem, universi neque sustinuerunt, neque potuerunt impedire. Enimvero etiam filiorum Herculis, qui alios salvabat Salvatores nominati sunt, quando venerunt in hanc terram supplices, fugientes Euristheum, et præter omnia hæc, et multa alia, et honesta facta, mortuorum legitima non neglexerunt violata h. e. jura non permiserunt violari, cum septem illos ad Thebas sepelire impedivit Creon. Eorum igitur, quæ

in

in fabulas illata sunt, factorum multa cum reliquerim, horum mentionem feci, quorum sic unumquodque honoratos, et multos habet sermones, ut et servantes numerum, h.e. poetę et eorum, quę cantantur authores, h.e. lyrici et multi scriptorum argumenta illorum facta ipsorum, h.e. suę musicę, h.e. poeseos fecerint. Quę autem dignitate operibus his nihilo sunt minora, sed ob propinquiora esse h.e quia sunt propinquiora his temporibus nondum in fabulas redacta sunt, neque in heroicum illata ordinem, hęc jam dicam. Illi ex universa Asia exercitum venientem soli bis propulerunt, et terra, et mari. Et per propria pericula communis salutis omnibus Gręcis authores fuerunt. Et prędictum sane, quod futurus sum dicere, ab aliis. Oportet tamen neque nunc juste, et honeste se habente h.e. conveniente laude viros illos privari. Tanto enim meliores iis, qui ad Trojam militarunt judicari

possunt

possunt jure, quanto quod ex univer-
sa Græcia existentes optimi decem
Annos Asiæ unam Urbem obsidentes
vix ceperunt. Hi autem ex tota Epiro
exercitum venientem soli, alia omnia
subvertentem non modo repulerunt,
sed etiam pœnam, eo quod alios in-
juria afficiebant, imposuerunt. Insuper,
quæ erant inter Græcos, avaritias
impedientes omnia, quæcumque accidit
oriri pericula, sustinuerunt. Ubi pistum
esset statutum, illuc adjicientes se
ipsos, quousque ad nunc viventem
ætatem tempus perduceret nos. Nemo
autem existimet me dubitantem,
quid oporteat de horum dicere uno
quoque factorum, quæ facta sunt, enu-
merasse. Si enim maxime omnium
inops consilii essem ad excogitandum,
quid oportet dicere; virtus illorum dat
dicere multa pulchra, et prompta, quæ
facilius est percurrere. Sed malo nobili-
tatis, et maximorum operum a proavis

patratorum mentionem faciens, quæ celerrime, accomodare orationem ad ea, quæ ab ipsis patrata sunt: ut quemadmodum secundum naturam cognati erant; ita laudes de ipsis communes faciam; existimans, hæc esse gratissima, et illis, atque adeo utrisque, si ad invicem virtutem non solum natura participent, sed etiam laudibus. Necessitas autem est in deinceps dividendo, et ante, quæ ab his viris facta sunt demonstrare, h. e. antequam demonstrem etiam eos, qui extra genus, h. e. non cognati ad sepulchrum fuerunt assectatores, ad benevolentiam revocare. Etenim, si per pecuniarum impensam, vel per aliquam aliam spectationem equestrium, aut gymnicorum ludorum jussus essem ornare sepulchrum, h. e. mortuis honorem habere; quanto promptius, et copiosius hanc rem præparavissem, tanto magis fecisse convenientia videri potuissem. Oratione autem ad laudandum

hos

hos Viros electus; nisi auditores consen-
tientes reperero, timeo, ne sedulitate,
contra quam oportet, faciam. Divitiæ
enim, et celeritas, et robur, et quot alia
sunt his rebus similia, sufficientes habent
utilitates possidentibus; et dominantur,
h. e. excellunt in illis, quibus adsint, etiam
si nemo aliorum velit. Verum sermonum
suadela indiget benevolentia auditorum,
et cum hac, etiamsi mediocriter dicatur,
gloriam affert, et gratiam adjungit. Sed
sine hac, etiamsi excelluerit bene dicendo,
obicem opponit audientibus. Habens
igitur dicere multas earum rerum, quas
isti cum fecerint, juste laudabuntur, quo-
niam ad facta ipsa sum h. e. venio, du-
bito, quid primum dicam. Se enim mihi
omnia ante offerentia in uno tempore
difficilem judicatu efficiunt mihi electio-
nem ipsorum. Verum enimvero eumdem
conabor facere orationis ordinem, qui vitæ
fuit ipsis. Illi enim a principio in omnibus

di:

disciplinis erant illustres, convenientia unicuique exercentes ætati, et omnibus placentes, quibus oportet, parentibus, amicis, domesticis. Itaque quasi vestigia cognoscens nunc familiarium ipsis, et amicorum memoria omni hora ad hos fertur desiderio, multa monumenta reperiens, in quibus conscia fuerat his optimis existentibus, h. e. eos optimos fuisse. Postquam autem in viros venerunt, h. e. ad virilem ætatem pervenerunt non solum civibus notam suam originem, sed etiam omnibus hominibus effecerunt. Est enim est omnis virtutis principium quidem intelligentia, finis autem fortitudo, et illâ quidem examinatur, quid faciendum est, hac autem servatur, h. e. fit, quod faciendum est. In his utrisque virtutibus hi multum præstiterunt. Etenim, si quod oriebatur commune omnibus periculum Græcis; hi primi prævidebant, et sæpe ad salutem cunctos hortabantur, quod mentis indicium est bene cogitantis. Et cum apud Græcos ignorantia commixta esset

cum

cum malitia, partim non prudens, partim
dissimulans, quando licebat hęi impedire
secure; tamen quando obediverunt, et quę
oportebat facere voluerunt, non injuriam
obliti sunt; sed persistentes, et pręben tes
omnia prompto animo, nimirum et cor-
pora, et res, et commilitones, in experimen
tum venerunt certaminis, in quo ne vitę
quidem pepercerunt. Ex necessitate vero
accidit, quando pugna fit, illis vinci, his
vincere. Non igitur pigere me potest dicere,
quod mihi videntur, qui mortui sunt utro-
rumque in acie, cladis quidem non parti-
cipes fuisse, sed similiter vicisse utrique.
Etenim vincere inter mortales, sicut h.e.
quibus fortuna dederit, judicatur. Quod
autem ad hanc rem unumquemque opor-
tebat pręstare, omnis manens in acie fecit.
Si autem mortalis existens fatum h.e.
mortem sorte habuit, passus est id, quod
accidit, non victus fuit ab hostibus secun
dum animam. Judico igitur, etiam hujus,

quod

quod est, in regionem nostram non ingressos esse hostes, præter adversariorum inscitiam, horum mortuorum virtutem caussam extitisse. Nam qui viritim experientiam sumpserant de nostris, hi tunc confligentes ibi, noluerunt denuo in certamen constitui h.e. venire cum illorum propinquis, existimantes quidem se occursuros similibus naturis, fortunam vero non facile esse similem reperire. Ostendunt vero non minimum, quod hæc ita habeant etiam illæ res, quæ ad factam pacem pertinent. Non enim licet dicere, neque veriorem, neque pulchriorem occasionem fuisse hujus quod est mortuorum virtutes admiratum inimicorum dominum amicum fieri illorum propinquis voluisse potius, quam rursus pro universis suis rebus periculum suscipere. Existimo autem, si quis ipsos, qui fuerunt in acie interroget, utrum putent suis ipsorum virtutibus, an inexpectata, et indifficili fortuna bene rem gessisse, et sui imperatoris peritia, et

audacia

audacia, et animositate; neminem sic impudentem, et audacem sic esse, quem aliqua eorum quæ facta sunt, vindicaturum h.e. qui sibi vindicet. Verumtamen quod omnino Dominus Deus, ut voluit, distribuit finem, omnes absolvere a vitiositate necessitas est reliquos homines existentes. Quod vero hostium dux superavit ad hoc destinatos, non multos h.e. non multitudinem, neque illorum, neque nostrum accusare potest aliquis merito. Si autem est aliquis hominum, cui de his accusare conveniat, Thebanos ad hoc destinatos, non multos h.e. non multitudinem neque vestrum neque illorum accusare quisquam possit merito. Qui Thebani socii cum essent nacti virtutem nostrorum habentem animum invincibilem, et repentinum, et honoris amorem æqualem, nulla harum rerum recte usi fuerunt. Et alia harum rerum licet sic, ut quisque habet animi, h.e. ut quisque sentit existimare.

Quo-

Quocirca omnibus similiter hominibus existentibus factum est manifestum, quod totius Græciæ libertas in horum virorum vitis servata est. Postquam enim fatum hos abstulit, nemo contra stetit reliquorum; et (invidia quidem absit verbo) videtur mihi aliquis, qui dixerit, quod horum hominum virtus Græciæ erat anima, verum dixisse. Simul enim et horum spiritus liberati sunt a propriis corporibus, et Græciæ dignitas ablata est. Magnam enimvero fortasse hyperbolem videbimur dicere: dicendum tamen. Quemadmodum enim si quis ex constituto mundo lucem tolleret, difficilis, et molesta omnis reliqua nobis vita fieret; sic his viris interfectis, in tenebris, et multa ignominia omnis, quæ antea fuerat æmulatio Græcorum facta est, h. e. obscurata, et dedecorata est. Propter multa autem cum jure optimo essent habiti tales, propter formam gubernandi non minimum erant

boni.

boni. Etenim imperia per paucos timorem quidem injiciunt Civibus, verecundiam vero non circumponunt. Quando igitur certamen venerit belli, quivis opportune se ipsum servat, sciens, quod cum dominos vel donis, vel per aliam blandiens allocutionem prorsus placaverit, etiamsi gravissime indecore faciat, parvum dedecus de reliquo sibi inferet. Democratiæ vero h.e. imperia popularia multa alia et honesta, et justa habent, quæ bene cogitantem retinere oportet. Et libertatem loquendi ex veritate pendentem non licet avertere verum demonstrare, h.e. quominus verum demonstret. Neque enim cunctos placare, turpe aliquid iis, qui fecerunt possibile est neque solum verum dedecus dicens contristat. Etenim nihil dicentes ipsi maledicum, alium dicentem gaudent audientes. Quæ timentes omnes, merito ob pudorem dedecorum post hæc, h.e. futurorum

et proveniens ab adversariis periculum fortiter sustinuerunt, et mortem honestam elegerunt potius, quam vitam ignominiosam. Quę igitur communiter, h.e. <u>communia</u> erant omnibus his viris ad honeste velle mori, dicta sunt: Nobilitas, institutio, optimorum studiorum consuetudo, universa politię, h.e. <u>gubernationis</u> institutum. Quę autem per Tribus hortata sunt singulos esse fortes, hęc jam dicam. Sciebant omnes Erectidę cognominem ipsorum, h.e. <u>suum</u> Erecteum causa servandi patriam ipsius, h.e. <u>suas</u> filias, quas Hyacinthidas vocat in manifestam mortem cum dedisset consumpsisse. Turpe igitur putabant ab immortalibus natum omnia fecisse causa Patriam liberandi, ipsi h.e. <u>se</u> vero apparere mortale corpus facientes pluris, quam gloriam immortalem. Non ignorabant Aegidę Theseum Aegei <u>filium</u> primum juris aequalitatem instituisse civitati. Nefarium

igitur

igitur putabant illius Thesei prodere institutum, et mori potius eligebant, quam dissoluto ipso instituto apud Graecos vivere amantes vitam. Acceperant Pandionidae Prognem, et Philomelam Pandionis filias, quomodo punierunt Thereum propter injuriam in ipsas h.e. ipsis factam. Non vitam igitur putabant ipsis h.e. sibi esse nisi cognati existentes animum habentes similem illis filiabus apparerent in iis rebus in quibus Graeciam videbant injuria affectam. Audierant Leontidae fabulis celebratas Leocoras, quod se dederant victimam pro patria. Quando igitur mulieres illae talem habuerunt fortitudinem, non consentaneum sibi esse ducebant viros existentes se illis foeminis deteriores videri. Meminerant Acamantidae versuum, in quibus Homerus propter Matrem, inquit, Phaidram (alii legunt Aethram) Acamantem ad Trojam misisse. Enimvero ille omne expertus est

pe-

periculum servandi suam ipsius matrem causa. Hi autem propios omnes parentes servandi causa, quomodo non fituri erant fene, h. e. non laturi erant omne periculum? Non latuit Œnidas, qd Cadmi quidem filia erat Semele, hujus autem filium existentem, h. e. fuisse quem non decorum est nominare super hoc sepulchro, h. e. in his exequiis. Ex hoc autem Œneus natus est, qui Princeps ipsorum vocabatur. Communi autem existentem ambabus Civitatibus presente periculo, pro ambabus omnem existimabant opportere sollicitudinem rependere. Sciverant Cecropidę suum ipsorum ducem, partim quidem quod est h. e. erat draco, partim vero quod est, h. e. erat homo appellatus non aliunde certè, quam propter esse similem homini secundum intelligentiam, secundum fortitudinem vero draconi. Digna certè his facere existimabant sibi convenire. Meminerant Hippothoontidę Alopes nuptiarum, ex quibus Hippothoon

Hippothoon natus fuit, et ducem fuisse illorum sciverant, quos decorum servans ego hoc tempore manifeste commemorare supersedeo. Digna igitur his clarissimis viris existimabant oportere, et convenire facientes videri. Non latuit Ajacidas, quod præmiis privatus Ajax, tristem sibimet abstulit vitam. Quando igitur fortuna alteri præmia dedit, tunc qui inimicos ulciscebantur, mori oportere existimabant, ut nihil indignum se paterentur. Non obliti erant Antiochidæ, Herculis filium esse Antiochum. Oportere igitur putaverunt vel vivere digne iis, qui erant ipsi, vel mori honeste. Illi igitur qui vivunt propinqui istorum sunt miserandi talibus viris privati, et consuetudine multa, et benigna disjuncti, et patriæ res, h.e. patria sunt solitariæ, et lacrymarum, et luctus plenæ. Illi vero felices juxta ratiocinatione. Primum quidem pro exiguo tempore in multum, et omne tempus gloriam non senescentem relinquunt, in qua

gloria etiam filii istorum celebres scribentur, et parentes istorum illustres in senectute alentur, consolationem dolori horum gloriam habentes. Deinde mortuorum non patientes secundum corpora; et tristitiarum expertes secundum animas, quas tristitias in accidentibus viventes habent, et honore magno, et multa emulatione legitima assequuntur. Quos enim cuncta patria sepelit publice, communes laudes soli adipiscuntur. Desiderant vero illos non solum cognati, et cives, verum etiam cunctam quantam est Graeciam oportet dicere, desiderare illos Condoluit etiam terre habitabilis maxima pars. Quomodo non oportet hos felices appellari? Quos assessores merito quis dixerit Diis infra h. e. inferis esse eumdem ordinem habentes, atque habent veteres viri boni in Beatorum insulis. Non enim qui vivent aliquis, non hec de illis nunciavit, sed quos nos qui vivimus dignos existimavimus honoribus supra, h. e. qui supra terram sunt de his opinione conjicientes etiam ibi iisdem

honoribus judicamus ipsos potiri. Enimvero
est fortasse difficile præsentes calamitates
oratione levare, oportet tamen conari, et ad
consolantia convertere animum. Nam tales
homines generatos, et natos ipsos ex talibus
aliis hominibus honestum est dura pul-
chrius, h.e. patientius quam alios tolerantes
videri, et omni fortuna prospera, et adversa
utentes similes esse sibimetipsis. Etenim
et illis hæc esse possunt maxime in orna-
mento et honore, et cunctæ Civitati, et viven-
tibus hæc afferre possunt plurimam gloriam.
Grave est Patri et matri liberis orbatos esse,
et solitarios, h.e. derelictos esse a propriis
in senectute nutritoribus. Præclarum vero
est non senescentes honores, et memoriam
virtutis publice illos adeptos videre, et sa-
crificiis, et certaminibus dignatos immor-
talibus, acerbum est liberis orbos esse
factos patre, honestum vero hæredes esse
Paternæ gloriæ. Et hujus quidem doloris
fortunam causam inveniemus existentem,
(cui natos homines obedire necessitas est)

ho-

honorifici vero, et honesti, h.e. honori-
ficentiæ vero, et honestatis causam fuisse
eorum, qui voluerunt honeste mori pro-
positum. Equidem non quomodo multa
dicerem hoc consideravi, sed quomodo
vera. Vos autem a dolore liberati, et
convenientia ut oportet, et legitima
qui fecistis, abite.

Oratio Funebris Periclis

Ex Libro secundo conscriptæ Historiæ Thucididis.

In ipsa hyeme Athenienses Patrio instituto utentes publice busta fecerunt primum eorum qui mortui fuerant in bello hoc modo: Ossa quidem mortuorum proferuntur cum ante per triduum tabernaculum fecissent, et in id quod suum erat infert unusquisque, si quid velit. Cum autem esset h. e. feret elatio currus ferunt arcas cupressines, unius cujusque Tribus unam. Insunt autem etiam ossa, cujus unusquisque erat Tribus. Unus vero lectus vacuus fertur instratus eorum, qui h. e. quorum corpora non apparuerant, qui non inventi

fuerant

fuerant in cœde. Simul autem effert lectum volens quicumque Civium, et Peregrinorum. Et mulieres aderant proximę cognatione ad bustum ejulantes. Ponunt igitur ossa in publico sepulchro, quod est in Callisti suburbio Civitatis, et semper in ipso sepeliunt, h.e. sepelierunt in bellis interfectos, prœter eos qui obierunt in Marathone. Illorum autem eximiam virtutem esse judicantes, ibi etiam eorum tumulum fecerunt. Postquam autem condiderunt ossa in terra, Vir electus a Civitate, qui et mente videatur non intelligentię expers eẽ, et authoritate pręcedat, dicit de illis laudem convenientem. Post hoc autem abeunt. Sic profecto sepeliunt, et per omne bellum h.e. totius belli tempore quod aliquando contingat ipsis, utantur hac lege. De his igitur primis Pericles Xantippi filius electus est dicere. Et postea quam tempus suberat, progrediens a sepulcro

in

in gradum sublimem factum, ut audiretur apud quamplurimum Concionis h. e. maximam Concionis partem dixit talia.

Multi quidem eorum, qui hinc jam dixerunt laudant appositam esse legi orationem hanc, ut pulchram de his, qui post bella sepeliuntur pronunciari ipsam, h. e. ut aliquid pulchrum dictu. Mihi vero sufficiens videbatur esse, hominum, qui boni re ipsa fuerant, re ipsa etiam declarari honores (qualia h. e. quales res etiamnum circa bustum hoc publice praeparata videtis) neque in uno homine multorum virtutes periclitari, h. e. in discrimen adducere oportere, et bene et male dicenti credi oportere. Difficile enim est moderate dicere in ea re in qua vix etiam opinio veritatis stabilitur, h. e. in re quasi incredibili. Conscius enim, et benevolus auditor fortasse aliquid deficientius ad ea quae et vult, et scit judicare posset

de

demonstrari, et imperitus judicare posset sic: Sunt quæ supergrediendi causa dicens et hoc propter invidiam, si quid supra ingenium suum audiret. Etenim hucusque intolerabiles sunt laudes de aliis dictæ, in quantum unusquisque etiam ipse existimat esse sufficiens, h. e. sufficientem se esse facere aliquid eorum, quæ audivit, Superanti autem se ipsos illi qui audiunt invidentes jam etiam non credunt. Quandoquidem vero antiquitus ita comprobatum est, hæc honeste se habere, oportet etiam me dicentem lege h. e. secundum legem conari vestrum uniuscujusque voluntatem, et opinionem adipisci quam maxime h. e. conciliare.

Incipiam autem a proavis primum. Justum enim, et conveniens ipsis simul hac in re honorem hunc commemorationis dari. Etenim hanc regionem semper ipsi habitantes successioni posterorum usque huc liberam per virtutem tradiderunt. Cum illi

etiam

etiam digni sunt laude, tum et insuper magis Patres nostri: cum comparassent enim praeter ea quae acceperant, quantum habemus dominatum non sine labore nobis, qui nunc existimus reliquerunt. Quae autem sunt plura ipso dominatu eidem nos ipsi, qui nunc adhuc existimus, maxime in consistente aetate auximus, et civitatem omnibus in rebus constituimus, et ad bellum, et ad pacem sibi sufficientissimam, quorum ego facta secundum bella, h. e. bellica quibus singula edita facinora sunt, vel si quando ipsi nos vel Patres nostri barbarum, aut graecum bellum irruens prompte propulsavimus, longus esse in dicendo inter scientes nolens, praetermittam. Per quam autem industriam venimus ad haec, et cum qua forma gubernandi, et modis quibus magnae res factae fuerint, haec cum demonstravero primum, venio, h. e. veniam etiam ad horum laudem, existimans, et in praesenti tempore non inconvenientia, h. e. non incon-

ve-

venienter dici hæc ipsa; et totam concio-
nem et civium, et advenarum utile esse
hæc audire. Utimur enim forma gubernan-
di, quæ non æmulatur vicinorum leges sed
exemplum ipsi nos potius existentes ali-
quibus, quam imitantes alios. Et quidem
quod ad nomen attinet non propter apud
paucos, sed apud plures manere Democratia,
h. e. potestas populi appellata est. Jus
autem est secundum leges ad propria præ-
stantia, h. e. ad honores privatos vel res
privatas omnibus æquale. Quod autem
ad dignitatem attinet, ut unusquisque
in aliqua re approbatur, non a parte Ci-
vium ad communia, h. e. publica munera
plusquam a virtute, h. e. virtutis merito
præfertur. Non rursus propter paupertatem,
qui potest bonum aliquod facere, a Civitate
ob dignitatis obscuritatem, h. e. eo quod
ignoretur ejus dignitas impeditur. Libere
vero ea, quæ ad commune pertinent admi-
nistramus. Et in mutua, quæ quotidie oriun-

sta

studiorum diversorum suspicione non irascentes proximo propter aliquid facere, h. e. quia ille proximus aliquid facit ob voluptatem, neque in noxias quidem, sed molestas aspectu severitates quæ nobis ferentes. Sine molestia vero privata in colloquiis communicantes, publica propter timorem, ne noceant Reipublicæ, maxime non violamus, et eorum h. e. erga eos semper qui in Magistratu sunt, obedientia, et legum præcipueque illarum, et quæ ad utilitatem injuria affectorum positæ sunt et quæ non scriptæ existentes ignominiam evidentem afferunt non illas servantibus Et tamen etiam laborum plurimas requies h. e. remissiones animo statuimus certaminibus, et sacrificiis anniversariis legitima facientes cum privatis apparatibus convenientibus, quorum quotidie delectatio mœrorem discutit. Ingrediuntur autem propter magnitudinem Civitatis huic ex omni terra omnia. Et accidit nobis non

magis propria fruitione ipsius bona existentia assequi, quam etiam bona aliorum hominum. Differimus etiam in bellicarum rerum exercitationibus ab his hostium, h.e. ab his hostibus. Etenim et Urbem communem praebemus, et non est, quando h.e. nunquam expulsionibus hospitum prohibemus aliquem vel a disciplina vel a spectatione (quod non absconditum aliquis hostium videns juvari potest) fidentes nos non machinamentis magis, et dolis, quam a nobis ipsis provenienti magnitudini animi ad opera suscipienda. Etiam in institutionibus illi quidem h.e. Lacedaemonii laboriosa exercitatione recti juvenes existentes virile robur participant. Nos vero sine tolerantia illorum laborum viventes nihil minus ad aequalia pericula sufficimus. Argumentum hoc est verum esse quod dicimus. Etenim neque Lacedaemonii singillatim, h.e. cum uno tantum ex suis agminibus sed cum omnibus in terram nostram

invadunt

invadunt, et illum vicinorum ipsi nos ingredientes non difficulter in aliena terra eos, qui de propriis fortunis dimicant, pugnantes plerumque vincimus, frequentique exercitui nostro nullus unquam hostis occurrit propter et nauticæ simul rei curam, quam habemus, et propter in terra ad multa loca nostrûm ipsorum expeditionem. Si autem alicubi cum particula aliqua nostrarum copiarum congressi fuerint, vincentesque fuerint aliquos nostrum, cunctos gloriantur repulisse, et cum victi fuerint, a cunctis victos esse gloriantur. Quamquam si otio potius, quam laborum exercitatione, neque magis cum legibus, quam cum morum fortitudine velimus periclitari, h. e. periculum nostrum facere, nobis futuris aerumnis non defatigari contingit, h. e. decus hoc, quod non defatigamur, et contingit nobis ad hæc venientibus non timidiores esse iis, qui semper affligantur adversis videri, et contingit et in his rebus Civitatem dignam esse suspici h. e. admiratione et insuper in aliis rebus.

rebus. Elegantiæ item studiosi sumus cum frugalitate, et philosophamur, h.c. paupertatem toleramus sine debilitate. Divitiisque in rei magis opportunitate, quam sermonis superbia, h.c. quam ut illas ostentemus, utimur. Et pauperem esse, non confiteri alicui turpe est: sed non fugere re ipsa esse pauperem turpius est. Inest etiam nobis ipsis propriarum simul, et civilium rerum cura, et aliis qui sunt conversi ad opera, h.c. ad res suas obeundas. politicas res non tenuiter cognoscere cura est. Soli enim eum, qui nihil harum rerum est particeps non otiosum, sed inutilem existimamus. Et iidem vel judicamus recte, vel recte animo concipimus res; non sermones factis damnum esse existimantes, sed existimantes damnum esse, non edoctos esse potius sermone prius, ad quæ oportet, re ipsa venire, h.c. priusquam veniamus. Excellenter enim hoc etiam habemus, ut et audeamus ipsimet maxime, et de iis, quæ aggressuri sumus, cogitemus. Propterea quia non cogitant, aliis

quidem

quidem audaciam inscitia, consideratio, quia non audent aggredi ipsimet, ignaviam affert. Fortissimi vero secundum animum juste judicari possunt, qui et dura, et suavia clarissime cognoscentes, etiam propter ista non avertuntur a periculis. Etiam secunda ea, quę ad virtutem pertinent, multis adversamur, h.e. a multis differimus. Non enim bene patientes h.e. beneficium accipientes; sed benefacientes. h.e. cum bene facimus, comparamus amicos. Firmior autem est, qui fecit beneficium ita, ut per benevolentiam debitam gratiam ejus, cui dedit, servet. h.e. efficiat, ut ille qui accepit, sibi semper obligatus sit. Gratiam autē referens debilior in amore est, sciens non ad gratiam, sed ad debitum virtutem se retributurum. Et soli non utilitatis magis consideratione, quam liberalitatis fiducia sine timore aliquem juvamus. Contrahensq. omnia dico, et cunctam Civitatem Grecię institutionem esse, et singulatim videri mihi unum eundemq. hominem h.e. singulos

nostros homines apud nos ad plurimas species laborum etiam cum gratiis maxime, et venuste, h.e. cum summa gratia, et venustate corpus idoneum exhibere. Et quomodo verborum in præsenti tempore hæc magis non sint jactatio, quam factorum veritas, ipsa potentia Urbis, quam his modis comparavimus, significat. Sola enim earum civitatum, quæ nunc sunt, melior fama sui in experimentum venit, h.e. experimento constat illam superare famam, quæ de se est. Et sola neque hosti venienti indignationem habet h.e. irascitur pro iis, quæ male perpessa fuerit; neque a subjecto lamentationem habet tamquam si non a dignis imperium in ipsum teneatur. Cum magnis autem signis, et non utique testimonio carentem potentiam exhibentes, et iis qui nunc sunt, et iis qui postea erunt admirationi erimus. Et nihil indigentes erimus neque admirandi Homeri, neque cujusvis qui versis quidem in præsentia delectat, factorum autem opinionem veritas lædet,

h. e.

h.e. poetæ narrant facta incredibilia, quamvis delectent; verum maria omnia, et terras pervias nostra audacia cogentes fieri, et ubique monumenta malorum, quæ passi sumus et bonorum, quæ acquisivimus, sempiterna collocantes. Pro tali igitur Civitate hi generose cum judicarent, non illam de medio tolli, h.e. non tollendam esse, pugnantes mortui sunt, et reliquorum omnem aliquem, h.e. unumquemque decet velle pro ipsa Civitate laborare. Quapropter etiam produxi in longum ea, quæ sunt circa Civitatem, h.e. orationem de Civitate et doctrinam faciens, h.e. docens non de pari re nobis esse certamen, et illis, quibus harum rerum nihil est similiter, et probationem simul in iis rebus, de quibus nunc dico, manifestam argumentis efficiens. Dicta jam sunt ipsius Civitatis, h.e. pertinentia ad Civitatem maxima. Quæ enim Civitati laudem afferunt, illa horum, et talium virorum virtutes ornaverunt, h.e. ornamentum iis attulerunt. Neque multis Græcorum

aequivalens, sicut multis horum mortuorum oratio factorum, h.c. de factis apparere potest, h.e. neque oratio de hujusmodi factis convenit multis Graecis sicut multis horum mortuorum. Videtur enim mihi viri, h.e. virilem virtutem demonstrare, qui nunc h.e praesens istorum interitus, et primus, h.e. primum cum se morti obtulerunt indicans, h.e. indicando et postremus, h.e postremo cum illam subierunt confirmans, h.e. confirmando. Etenim iis, qui circa alia sunt deteriores, justum est h.e. convenit ad bella pro Patria suscipienda fortitudinem sibi proponere. Bono enim malum delentes publice magis profuerunt, quam privatim nocuerint. Horum autem aliquis neque divitiarum fruitionem pluris aestimans emollitus est, h.e. ignavus factus, neque paupertatis spe, h.e. sperando divitias, cum esset pauper, ita ut quamvis illam fugiens deinceps ditesceve posset, cunctationem mali fecerit, h.e. in paupertate perstiterit sed hostium punitionem deside-

rabiliorem

biliorem istis rebus esse existimantes, et periculorum timuet hoc esse pulcherrimum, judicantes voluerunt cum ipso periculo illos quidem, h.e. inimicos puniri; haec appetere; spei quidem invisibile laudabiliter faciendi committentes, h.e. spe freti id, quod non viderant, consequendi; re autem ipsa pro eo, quod jam videbatur a se ipsis, existimantes dignum esse pati. Et in ipso ulcisci, et pati magis, h.e. majus aliquid esse ducentes, quam in cedentes servari, partim quidem turpe orationis, h.e. insaniam fugerunt, partim vero rem corpore pertulerunt. Et intra minimum tempus a fortuna conjunctim vi gloriæ potius, quam timoris liberati sunt, h.e. pugnando potius ob acquirendam gloriam, quam ob se liberandos a mortis metu. Et hi quidem convenienter, h.e. ut par erat civitati, h.e. erga Civitatem tales extiterunt. Reliquos vero, h.e. superstites oportet cautiorem quidem postulare animum, sed non

ingna

ingnaviorem existimare dignum esse contra hostes animum habere: considerantes non in oratione sola utilitatem esse (quam orationem aliquis apud nihil minus ipsos vos scienter augere posset dicens, quanta in ulciscendis inimicis bona insint) sed multo magis Civitatis potentiam quotidie re ipsa auctam contemplantes, et amatores factos ipsius Civitatis: et quamdiu vobis magna potentia Civitatis videbitur esse cogitantes, quod animosi, et cognoscentes, quę opus erant, et in operibus pudentes h.e. circumspecti homines hęc compararunt; nam quando etiam experimento rei alicujus causa decepti fuissent non propterea Civitatem certe sua virtute dignum existimantes carere, sed pulcherrimum donum ex collatione, quasi suam quisque vitam contribuens ipsi civitati, largientes. Publice enim, h.e. in publicum bonum corpora dantes privatim non senescentem laudem assecuti sunt, et sepulturam magnificentissimam, non in qua jaceant ipsi potius,

quam

quam in qua gloria ipsorum in incidente occasione semper memorabilis orationis, h. e. narrandi preclara facta, et operis, h. e. illa imitandi relinquitur. Virorum enim illustrium omnis terra, sepulcrum est, et non cipporum solum in propria patria significat illorum virtutem inscriptio; sed etiam in non vicina terra non scripta memoria apud unumquemque magis in mente, quam in opere manufacto habitat. Quos nunc vos aemulantes, et felicitatem libertatem esse, libertatem vero magnanimitatem esse judicantes ne contemnite bellica pericula. Non enim qui adversa fortuna conflictantur, justius non parcere debent vitae, h. e. profundere debent vitam, quibus spes non est boni; sed illi, quibus contraria fortuna adversae h. e. vicissitudo prospera in vivendo adhuc periclitatur h. e. qui, cum felices nunc sint possunt infelices evadere et in quibus maxime magna erunt differentia, si quid

ceci-

ceciderint h. e. *si quid adversi illis evenerit*. Tristior enim homini certe prudentiam habenti interea cum mollescendo calamitas, h. e. *si per hoc ignavus fiat* quam cum robore et communi spe simul *cum aliis* facta insensibilis mors. Quapropter etiam horum, de quibus nunc sermo est, parentes quotquot adestis, non defleo, h. e. *commiseror* magis, quam consolabor. Etenim in multiplicibus calamitatibus sciunt nutriti, felicitatem esse *eorum*, qui praeclarissimam sortiti fuerint, quemadmodum hi nunc, mortem, vos autem *sortiti estis* dolorem, et in quibus felices extitisse, vita nihil minus, quam vivere desiisse coaequata est. h. e. *existimata est*. (Difficile quidem scio persuadere existens h. e. *ita esse*). Quorum virorum saepe habebitis recordationes in aliorum felicitatibus, propter quas aliquando etiam exultastis, et dolor non *est* si quis bonis privatus sit, quis non expertus fuerit, sed si *bonum*, quo assuefactus est ablatum sit. Tolerare autem

oportet.

oportet etiam aliorum liberorum spe, oportet inquam illi tolerent quibus adhuc aetas est propagationem faciendi; priva tim enim, et non existentium oblivio posteri aliquibus erunt, et Civitati dupliciter erunt oblivio tum ex non desertam esse, tum ex cum securitate prodesse. Non enim possibile aequale aliquid, aut justum decernere eos, qui non etiam ipsi liberos similiter transmittentes ad bella periculo exponant. Quotquot autem processistis aetate, et majorem (quod lucrum est) felicem duxistis vitam, h. e. vitae partem existimate et hanc vitam brevem futuram, et gloria istorum levemini. Etenim studium honoris non senescens solum est; neque in inutili aetatis h. e. in otiose vitam degendo lucrari, quemadmodum aliqui dicunt, magis delectat, sed honorari delectat. Vobis vero filiis e contrario, quotquot horum adestis, vel fratribus video magnam esse certamen. Etenim eum, qui non existit, quivis solet laudare; nam via

secundum

secundum excessum virtutis, h.e. etiamsi virtute excellueritis, non pares, sed paulo inferiores judicari potestis. Invidentia enim viventibus est in aemulum. Quod vero non impedimento est, h.e. virtus illius, qui jam mortuus est, à non adversaria benevolentia honoratum est. Si autem me oportet etiam muliebris aliquid virtutis, h.e. harum mulierum quotquot mulieres nunc in viduitate erunt, commemorare, brevi hortatione omne h.e. omnia declarabo. Etenim existente naturę habitu h.e. sexu vestro non deteriores esse, h.e. esse pudicas vobis magna gloria etiam apud eos, quibus minimum de virtute, aut decore inter mares fama sit, h.e. ut reddit Valla, cujus rei decus, dedecusque minimum cadit in viros. Dicta jam sunt a me oratione secundum legem, h.e. legitima, quę potui utilia dicere, et re ipsa sepulti ex una parte jam laudati sunt, ex alia ipsorum liberos ex hoc tempore publice Civitas usque ad pubertatem alet utilem coronam, et illis, et his relictis, h.e. superstitibus talium

cer:

certaminum proponens. Etenim à quibus, h. e. apud quos præmia proponuntur virtutis, maxima illis h. e. apud illos viri optimi Rempublicam gubernant. Nunc vero cum deploraveritis illum quem convenit unicuique deplorare, discedite.

Tale Sepulchrum h. e. exequiæ factum est in hyeme hac.

Epigrammata Callimachi.

Hic Saon Diconis filius Acanthius
sacrum somnum.
Dormit. Mori ne dic bonos Viros.

Ejusdem.

Commemoravit aliquis, Heraclite, tuum
interitum. In me autem lachrymam.
Moverunt /memini enim/ oculi ambo.
Solem in confabulatione occultavimus.
Sed tu ubi.
Hospes Halicarnassee es.? jam pridem cinis es+
Sed tuę vivunt Philomelę, h.e. carmina
quibus omnium.
Raptor Orcus non manum injecit.

Archiae.

Equus nomine Aquila, qui prius coruscavit,
h.e. cucurrit tamquam fulgur plus equis
velocibus.
Qui prius sub fasciis ornantibus per-
stringebat membra.

Quem

Quem Pytho Phœbi vates equum
victorem coronavit.
Incitatum avibus velocibus similem.
– Et Nemea rigidi nutrix Leonis.
Et Pisa, et Isthmos habens duo littora coro=[naverunt.]
Nunc trunco per collum alligatus, tamquam
freno.
Fructum agitat Cereris rigido lapide.
Aequalem sortem habens Herculi. Etenim ille.
Tanta cum pfecisset, servile jugum induit.

Philippi.

Phœbum, quę recusavit olim Daphne in laurum
commutata, nunc orta est.
Caesaris ex altari secundum, h.e. habens
in ramis nigra folia.
Ex, h.e. pro Deo autem Deum invenit me
liorem. Latonę enim filium.
Cum odio habuisset, amat Jovem Aeneadem.
Radicem vero non a terra matre traxit, ꝺ a petra.
Caesari non gignere neque Lapis potest.

Ejusdem.

Psittacus mortalem edens vocem, relinquens

è virgis textam caveam.
Venit ad silvas florulentâ alâ.
Semper vero meditans salutationibus Caesa
rem inclytum.
Neque per montes oblivionem induxit nominis
Cucurrit autem celeriter discens omnis avis,
contendens.
Quae antevertere posset, Deo salve dicere.
Orpheus feras persuasit in montibus. In te o Caesar.
Nunc non jussa omnis avis tonat.

Anacreontis Teji. Odae.

In sine invidia vivere 1.

Non mihi cura est Gygis.
Sardianorum Regis.
Neque capit me aurum.
Neque invideo Tyrannis.
Mihi curae est unguentis.
Irrigare barbam.
Mihi curae est rosis.
Coronare caput.
Hodiernus dies mihi curae est
Crastinum autem quis novit?

Donec igitur adhuc serenitas est.
Et bibe, et alea lude.
Et liba vinum Lyeo
Ne morbus, si quis venerit,
Dicat te non bibere, h. e. vetet te bibere.

In oportere bibere II.

Terra nigra bibit.
Bibuntque arbores ipsam terram
Bibit mare auras.
Sol autem mare.
Et Solem Luna.
Quid mihi, h. e. mecum pugnatis sodales.
Etiam ipsi volenti, h. e. dum etiam ipse volo
bibere?

In Aurum III.

Si divitię auri.
Vivere prorogarent mortalibus,
Forti animo essem custodiens illas;
ut quando mors h. e. mors veniret,
acciperet aliquid, et discederet.
Si vero neque emere.

Vivere h.e. vitam licet mortalibus.
Quid et frustra gemo?
Quid et lamentationes mitto?
Mori enim si statutum est.
Quid aurum prodest mihi?
Mihi contingat bibere;
Et bibenti vinum suave contingat
Cum meis amicis esse.

In Ver IV.

Vide, quomodo Vere apparente
Gratiæ rosas emittunt!
Vide quomodo unda maris
Mollitur serenitate!
Vide quomodo anas natat!
Vide quomodo grus ambulat!
Unde relucet Titan,
Nubium umbræ moventur
Mortalium illucent opera,
Fructibus terra erumpit, h.e. è terra fructus emmnet
Fructus oleæ erumpit.
Bromii coronatur latex,
Circa folium, circa ramum
Electus floret fructus.

In

In Cicadam V.

Dicimus beatam te, Cicada,
Quod arborum in summis h.e. summitate.
Exiguum rorem cum biberis
Rex veluti cantas.
Tua enim sunt illa omnia,
Quotquot vides in agris,
Et quæcunque ferunt opportuna tempora
Tu enim es amica agricolarum.
In nulla re aliquid nocens.
Et tu honorabilis es mortalibus,
Aestatis dulcis prænuncia.
Amant quidem te musæ,
amatque Phœbus ipse.
Argutamque dedit tibi cantilenam,
Senectus non te affligit,
Sapiens, terrâ genita, hymnos amans,
Nil patiens, sine sanguine, sine carne,
Prope es Diis similis.

In Senectutem VI.

Cana quidem nobis jam
Tempora sunt capitq. album

Venustaque non amplius pubes.
Adest. Senesque sunt dentes.
Dulcioris non amplius multum.
Vitæ tempus relictum est.
Propterea ingemisco
Crebro, Tartarum timens;
Orci enim est terribile ~~pene~~
Penetrale; molestus atque in ipsum
Descensus: etenim promptum
Ei, qui descendit, non ascendere.

In se ipsum VII.

Quoniam mortalis editus sum
Vitæ viam ambulare, h.e. ambulandi causa;
Tempus, quod abiit, cognovi
Quod tempus possum currere quis sit.
Dimitte igitur me, cura gravis
Nihil est tibique et mihi, h.e. nihil tibi mecum e.
Priusquam me occupet mors h.e. mors
Ludam, ridebo, saltabo
Cum pulchro Lyæo.

In se ipsum VIII.

Quando bibo vinum

Dor

Dormiunt curæ.
Quid mihi lamentationum
Quid mihi tunc est sollicitudinum?
Morerer etiam cantans.
Quid autem secundum vitam erro? h.e. in via
Bibamus igitur vinum
Illud quod est pulchri Lyæi.
Cum bibendo enim enim nos, h.e. bibentibus
Dormiunt curæ. nobis

In se ipsum IX.

Ego senex quidem sum
Juvenibus plus autem bibo,
Etsi oportuerit me saltare
Baculum habeo utrem.
Ferula enim nihil e. h.e. baculus ex ferula
Qui est volens pugnare inutilis est
(Etenim licet) pugnet
Mihi poculum, ô puer
Cum melle mixtum vinum suave
Temperans fer
Ego senex quidem sum

Silenum in mediis autem
Imitans saltabo.

In se ipsum X.

Quando ego bibo vinum
Tunc meum cor calefactum
musas incipit canere
Quando ego bibo vinum
Projicit sollicitudo
Circumspectaque consilia
In piscatrices procellas projiciuntur
Quando ego bibo vinum.
Ludi amans tunc Bacchus
Multum floridis in auris
Movet ebrietatem delectans.
Quando ego bibo vinum
Coronas ex floribus componens
Et imponens capiti
Cano vitæ serenitatem.
Quando ego bibo vinum
Repandis poculis
Meam mentem explicans
Thyaso lætatus sū puer. i.e. quasi essem puer.

Quando ego bibo vinum
Hoc mihi soli lucrum
Hoc ego cum cepesim, abibo.
Mori enim est post omnia.

In Bacchum XI.

In laboribus insuperabilem
Juvenem, in desideriis intrepidum,
Elegantem in potionibus saltatorem,
Qui facit, Deus descendit,
Teneram mortalibus vim amoris,
Potum liberum in loquendo perferens
Genituram vitis vinum
Irretitum fructibus
In palmitibus custodiens;
Ut quando secent botrum,
Sani maneant omnes,
Sani secundum corpus cu admiraone spectandi
Sanique secundum dulcem animum.
Usque ad annum apparentem alium.

Quod bibere oportet moderate XII

Age jam fer nobis, o Puer
Poculum ligneum, ut haustim
Propinem. Decem quidem infunde
Aquæ, quinque vero vini
Cyathos. Conviciantem
Mentem irriga bacchantibus;
Age date; non amplius sic
Strepitu, et tumultu
Scythicam potionem pro vino
Meditemur, sed honestis
Subbibamus in hymnis.

In se ipsum XIII.

Quando ego juvenum turbam
Inspicio, adest ætatis flos, h.e. repuerasco
Tunc jam, tunc in choream
Senex ego volucris fio
Expecta me Cibele
Rosas da, volo coronari.
Cana autem senectus abiisti
Juvenis inter juvenes saltabo
Et Bacchicus mihi aliquis

Erat

Ferat donum autumni
Ut videat senis robur
Docti loqui
Docti bibere.
Venusteque insanire.

In se ipsum XIX.

Dimitte me (Deos tibi habe)
Bibere, bibere haustim
Volo, volo insanire.
Insaniit, et Alcmaeon
Et ille albos oculos habens Orestes,
Matres qui occiderant;
Ego vero, neminem qui occidi
Bibens rubrum vinum
Volo volo insanire
Insaniit Hercules prius
Terribilem quatiens pharetram
Et arcum Iphitaeum
Insaniit prius Ajax
Cum clypeo quatiens
Hectoris gladium;

Ego vero habens poculum
Et coronam hanc in comis
Non arcum, non gladium quatio
Volo, volo insanire.

In Amorem XV.

Amorem quidem delicatum
Canto abundantem mitris
Multum florentibus celebrans
Hic etiam Deorum potens
Hic mortales domat.

Pindari Olympiorum Ode XI.

Agesidamo Fenus.

Strophe 1. membrorum 6.

Est hominibus ventorum aliquando maxima
Utilitas navigantibus praesertim et coelestium aquarum.
Pluvialium, filiarum nubis utilitas agris et segetibus.
Si autem cum labore aliquis felix sit, dulciloqui hymni
Posteriorum initia sermonum sunt, h.e. ro-

canun

varum virtutum stimulus, adeoque novarum laudum occasio;

Et fidum fœdus magnis virtutibus, h.e. occasio magnarum virtutum, quæ fœdus habent inter se.

Antistrophe 1. quasi reversio membrorum 6.

Invidiæ non obnoxia laus olympicis victoribus

Hæc reposita est. Hac quidem h.e. olympia nostra

Lingua gubernare vult, h.e. de iis loqui

Ex Deo h.e. divinitus homo sapientibus

floret in perpetuum præcordiis.

Scito nunc Archestrati Fili, tui,

Agesidame, pugilatus causa.

Epodos 1 membrorum 10.

Ornamentorum super corona aureæ oleæ

Suavia carmina resonabo cythara; h.e. cantabo carmina quæ sint ornamentum, et laus coronæ etc.

Epizephiriorum Locrensium gentis curam habens.

Hic

Hic simul tripudiate. Respondebo h.e. in me recipiam.

Non ipsum, o Musæ, qui hospites fugit, populum, (nam Locrenses erant valde hospitales ac benigni).

Neque imperitum honestarum rerum,
Sed summe excellentem et bellatorem perventurum ad palmam. Etenim
Insitum natura neque ardens vulpes,
neque rugientes leones
Commutaverint morem.

Pindari Pythiorum Ode VII.

Megacli Atheniensi victoriam adepto quadrijugorum.

Strophe membrorum 7.

Pulcherrimum grandi-Urbes Athenæ
Premium Alcmæoniorum.
Late potenti generationi, fundamento cantuus
Equis jactatum esse, h.e. o Athenæ pulcherrimum initium dicendi est fundamento laudandi potentem gentem Alcmæoniorum (ex qua erat Megacles, ad quem scribit) et

in

in ludis Pythiis excurrisse. Quandoquidem
Quam patriam, quam domum
Habitatam nominabo
Illustriorem a Graecia audiri? h.e. quae illu
strior a Graecia audiri possit?

Antistrophe quasi reversio membrorum 7
Etenim omnibus in Civitatibus sermo ver-
satur h.e. fama percrebrescit
Erechtei Civium: h.e. de Atheniensibus
quorum Civis Erechteus fuerat; qui, o. Apollo
Tuam Domum Pythoni divinitus
Admirandam extruxerunt. Impellunt
autem me quinque Isthimicae
victoriae, una quidem excellens
Jovis Olympiae, h.e. relata ad Olympiam,
quae est Urbs Jovi dicata: Et duae a Cyrrha
h.e. ad Urbem Cyrrham, quae est Urbi
Phocidis ad radices Parnassi.

Epodos membrorum 9.
o Megacles, vestrae,
Et vestrorum progenitorum victoriae

Novo

Novo successu
Gaudeo aliquid; hoc autem doleo
Invidiam immutantem: h.e. male interpretantem esse.
Honesta facta. Dicunt quidem
Sic apud hominem stabilem
Florentem felicitatem
Haec et illa afferre.

Theocriti Nomeus, h.e. Pastor sive Bubulci Idillium IX.

Daphnis, et Menalcas.

Me. Pastoraliter cane, Daphni.
Tuque cantilenam incipe prior.
Cantilenam incipe prior, et sequatur Menalcas.
Vitulos vaccis submittentes sitis, et sterilibus tauros.
Et hi quidem simul pascantur, et in frondibus h.e. inter frontes errent.
Non se se abgregantes, h.e. non seorsim pascentes. Mihi vero tu cane pastoraliter
Coram. Aliunde, h.e. ex altera parte respondeat.

deat Menalcas.
Da. Suave h.e. suaviter quidem vitulus
clamat suave et vacca.
Suave et fistula, et Pastor; suave et ego.
Est autem mihi ad aquam gelidam
Lectus ex paleis, quem adaequarunt.
Candidis ex juvenculis (fæminin) pulchræ
pelles quas mihi omnes.
Affricus arbutum comendentes a scopulo
agitavit h.e. pepulit.
Aestatem autem torrentem ego tantu curo.
Quantum amans aliquid patris sermonum,
vel matris audire.
Sic Daphnis cecinit mihi. Sic autem Menalcas.
Me. Aetna mater mea, et ego pulchrum
antrum inhabito.
Concavis in petris. Habeo autem quidem
quæ in somnio
Apparent, multas quidem oves, et multas
capras
Quarum mihi ad caput, et ad pedes vellera
jacent.

In igne vero ex quernis lignis exta
ebulliunt, in igne ligna secca.
Fagi hyemis tempore. Habeo equidem
ne minimum quidem curam
Hyemis, magis quam edentulus non
curam habet nucum pulte ex amylo
presente.
His quidem applausi, et statim donum dedi;
Daphnidi quidem virgam, quam mihi
Patris nutrivit ager.
Sponte natam. Hanc neque fortasse re-
prehendat Faber.
Illi h.e. alteri vero conchę pulchram te-
stam, cujus carnem ipse.
Comedi petris in Jcariis, cu' illud cepissem
Quinque dividens, h.e. in quinque partes
quinque presentibus, Ille vero insonuit
concha.
Bucolicę musę multum salvete, et osten
dite mihi carmen.
Quod quondam ego illis presens cecini
pastoribus.

Mu=

Nunquam in lingua summa pustulam
produeas.
Cicada quidem Cicadæ amica, et Formicæ
Formica est.
Accipitres accipitribus nobis, vero Musa,
et cantus,
Hujus cantus mihi omnis sit plena
domus, neque enim somnus.
Nec ver repentinum dulcius, neque apibus
Flores, quantum mihi Musæ amicæ.
Quos enim viderint,
Exhilarant. Eos non potione fascinaverit
Circe.

Finis.

Demosthenis de Corona Oratio.

Argumentum ignoti Authoris in eamdem Orationem

Instauratio murorum.

Athenienses, et Thebani bellum gerentes cum Philippo, ad Cheronæam Boeotiæ oppidum victi sunt. Victor igitur Macedo, præsidium Thebis imposuit, et Urbem suæ ditionis fecit. Quare Athenienses veriti ne idem sibi usueniret, et singulis momentis tyranni impressionem expectantes, decreverunt vetustate caducas muri partes esse instaurandas. Proinde a singulis tribubus moenium Curatores designati sunt. Itaque et Pandionia tribus idem munus detulit tibuli suo Oratori. Cum igitur in manibus esset opus, et ampliorem

pe

pecuniam requireret, quam quæ data fuerat ex ærario, cum Orator de suo insumpsit, et non expensam Reipub. tulit, sed donavit. Hanc occasionem Ctesipho, unus è Magistratibus, nactus, retulit de eo ad Senatum, in hanc sententiam: Quoniam Demosthenes per omnem ætatem suam erga Rempub. benevolentiã declarasse nõ desistat, et nunc muris reficiendis curator, cum ampliore pecunia indigeret, de suo depromptã donavit, decernendum esse a Senatu populoq; ut aurea corona donetur in theatro, cum novæ tragœdiæ agantur, eo fortasse, quod multitudo accurreret spectandi novas fabulas cupiditatẽ. Cum igitur id Senatusconsultum etiam populo proponeret intercedit Ctesiphontis accusator, Aeschines, ob diversam in Rep. factionem inimicus in eo decreto tres esse leges violatas dictitans. Unam quæ obnoxium coronari vetet ante relatas rationes, nondum autem has, inquit, Demosthenes retulit, et cum

Liberalitas Demosthenis.

Decretum Ctesiphontis.

Intercessio Aeschinis legis violatæ I^a.

Thea

Theatralem pecuniam tractet, et muros instauret: item expectandum fuit, inquit, et differendus honos, donec facta inquisitione, de ejus integritate constaret.

2.a Alteram legem recitat, quæ jubet in Pnyce coronari, non in theatro: ac Cives reprehendit, quæ concessissent, ut in theatro corona Demosthenis pronunciaretur.

3.a Tertia lex ad totius vitæ, et gestæ Reip. refertur inquisitionem. Vetat enim, ne unquam falsæ literæ in Metroum referantur, ubi sunt omnia publica monumenta.

Defensio Demosthenis

Mentitus autem, inquit, est, testificanda Demosthenis benevolentia et studio, cum is malè velle potius, et hostis esse Patriæ reperiatur, hac tertia lege, quam ex usu suo esse videret orator, tanquam ancora quadam apprehensa, prostravit velut in lucta adversarium, artificio in accusatorem solertissimo usus, et prudentissimo. Inde enim ansam habuit capiendi, et debellandi hostis. Nam cæteras duas leges, tum eam quæ est de obnoxiis, tum alteram de præconio in me-

dio

dium orationis abjecit, arte imperatoria ignaris in medium compulsis, et fortissima in extremis est usus, ad aliarum imbecillitatem utrinque fulciendam. Quin et ad utilitatem dirigit orationem, et artem callide dissimulat. Cum enim in principio praeterire legitimum caput videatur, alia ratione legitimum adhibuit. Etenim legem recitavit Aeschines de coronis falsam, cui dum respondet Orator, occasionem invenit in medium proferendi acta sua in Republ. et legitimo pugnandi. Ac Oratio dispositio talis est. Caput autem firmum ht Aeschines, legitimum, orator, justum: commune ex aequo est, utile, quod non in manifestam venit disquisitionem. Status scripto constans, negocialis, scripto enim constat Senatus consultum: Quanquam autem accusatio, vivente adhuc Philippo, relata est: oratio tn habita, et judicium factum est, cum Alexander regnum suscepisset. Nam cum post Philippi obitum praesidium Thebani, sumpta fiducia, ejecissent: Alexander id factum sui contemptum interpre-

Firmamenta utriusq. partis.

Tempus actę causę

tans

tans, Thebas evertit. Post cum facti peniteret, Graecia prae verecundia excessit, et expeditionem contra Barbaros movit. Athenienses autem occasionem dari sibi putarunt, in judicium adducendi proditores, qui Graeciam violassent, atque ita constitutum fuit, hoc judicium. Proinde primum exordium

Exordium. voto constat, distributione tractatur, quo benevolentiam captat, qua in praesentia maxime indigemus: estq; Homerica imitatione explicatum,

Diis, deaeq; meis omnes attendite votis.

O Graeculum imperitum rerum, si nescit, nullum animal esse homine mendacius, praesertim oratore.

Quin et innuit se fretum esse benevolentia sua, neque enim omne Deorum genus invocaret, nisi ita esset affectus. Verbum διατελῶ, persevero, è decreto sumptum est, et significat, eum per omnem vitam bene cupivisse reipub. ejusq; curam gerere perpetuam, et vitam amissurum prius, quam hanc sententiam mutaturum.

Demosthenis de Corona Oratio.

Primum, Athenienses, deos, et deas omnes precor, ut quantam ego benevolentiam erga et Remp. et vos omnes constanter habeo, tanta mihi a vobis in hoc judicio tribuatur. Deinde, ut (quod vos, vestramq: et Religionem, et gloriam maxime decet) cum Dii vobis mentem dent, ne adversarium, qua ego ratione sim audiendus, in consilium adhibeatis (iniquum enim id esset) sed leges, et jusjurandum, in quo prÿter alia æquissima omnia, et hoc scriptum est eodem animo utrumq. eé audiendum; cujus verbi non ea modo vis est, ne ullum præjudicium afferatur, aut par utrique benevolentia tribuatur, sed illa etiam ut eo ordine et defensione sic uti sinatis, quo reus quisque vult atque

Optat parem sibi benevolentiam tribui

ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροάσθαι

in-

Queritur de suis difficultatibus, et adversarii commodis.

instituit. Ego autem cum multis in hoc discrimine nominibus Aeschine sum inferior, tum vero duobus iisq; magnis, uno, quod non iisdem de rebus periclitor, neque enim idem mihi nunc est, vestram frustrari benevolentiam, et isti non probare accusationem. Nam, ut mihi (sed nihil ominosum orationis initio dicam) sic isti

Convicia περιαυτολογίαι

supervacaneum est me accusare, altero quod mortalibus omnibus natura est insitum, ut et convicia, et criminationes libenter audiant, & semetipsos laudantibus succenseant. Ex his igitur, quod voluptati est, iste praeripuit, id vero quod omnes fere graviter ferunt, mihi est relictum. Cujus

Et tacere et dicere incommodum.

ego rei metu, si facta mea non recensuero, nec objecta crimina posse dissolvere videbor, neque cur honorem haberi mihi velim ostendere. Sin

Translatio culpae in adversarium

ad facta mea, & acta in Rep. narranda accessero, saepe necesse habebo dicere de me ipso. Ac operam quidem

dabo

dabo ut id quam modestissime faciam. Quod autem res ipsa dicere coegerit, ejus in istum culpa merito transferet, qui tale certamen instituerit. Vos opinor Judices, omnes fateamini, communem hanc esse causam et mihi, et Ctesiphonti, nec minore a me sollicitudine defendendam. Nam cum quacunque re privari acerbum, et grave sit, ab inimico praesertim, tum vero benevolentia vestra, et humanitate, tanto molestissimum, quanto consequi easdem est amplissimum. Iam cum hae res in hoc judicio agantur: peto, et oro vos omnes pariter, ut me audiatis crimina juste refutantem, ut jubent leges, quas qui principio tulit Solon, vir amans Reip. et popularis non eo duntaxat quod latae essent, sed propter judicum etiam jusjurandum ratas esse oportere censuit: non quod vobis diffideret, ut mihi quidem videtur, sed quia videbat criminationes, et calumnias, quibus accusator propter priorem in dicendo locum pollet, reo evitare non licere, nisi quisque vestrum Deorum immortalium religione observata

Demosthenis dignitatem agi

Jusjurandu Judicum.

observata, etiam posteriore loco dicentis, excusationes benigne admitteret, seq. æquum, et communem utrique auditorem prebendo, sic de tota controversia sententiam ferret. Cum & privatæ vitæ totius, ut apparet, hodie reddenda mihi ratio sit, et actorum in Rep., rursus ut in principio feci, Deos invocabo, et in conspectu vestro precor, primum quantam ego benevolentiam constanter habeo, erga et Remp. et vos omnes, tanta mihi a vobis in hoc certamine tribuatur, deinde ut vobis omnibus Dii in mentem dent, ut in hac causa id statuatis, quod commodabit et Reip. gloriæ, et pietati singulorum. Quod si Aeschines ea solum quæ in accusatione perscripsit, tractasset, ego quoque de ipso senatus consulto statim respondissem. Quia vero ceteris recensendis non pauciora verba fecit, et in me pleraque mentitus est, simul et necessarium, et justum esse puto, ut paucis

Repetit votum

Refutanda adversarii mendacia

cis Athenienses de his primum dicam, ne quis Vestrum verbis extra causam factis ductus alieniore animo refutationem ipsius accusationis meam audiat. Quod igitur ad convicia, et privatę meę vitę accusationem attinet, videte quam simpliciter justeq. respondeam, si me scitis esse talem, qualem iste criminatus est (neque enim usquam alibi vixi, quàm apud vos) non recuso quominus ne vocem quidem meam audiatis, etiamsi Remp. totamq; optime administrarim, sed surgatis, meq. statim condemnetis. Sin isto multo meliorem, et natum è melioribus, et nemine mediocrium, (ne quid arroganter dicam) deteriorem, et me et meos existimatis, et nostis, et isti nec in aliis credite, (liquebit enim eum aeque omnia confinxisse) et mihi, quam omni tempore benevolentiam ostendistis in multis antea factis judiciis, etiam nunc exhibete. Etsi autem veterator es Aeschine, in eo tn perquam stulte putasti, me factorum, atque

Privata maledicta judicum conscientia refutat

Dilatis conviciis se dere

a-

re dicturum ait — actorum in Rep. omissa commemoratione, ad maledicta tua venturum, non sane id faciam, non ita insanio. Verum acta in Rep. quæ mendaciis, et calumniis præscidisti, statim excutiam: istius vero tam effusæ petulantiæ deinceps, si his auditoribus placuerit, mentionem faciam. Ac crimina quidem multa sunt et atrocia, ut nonnullis eorum magnæ et capitales pœnæ sint constitutæ legibus: præsentis autem judicii consilium ab inimici proficiscitur odio, et ferocia, et convicio, et despectu simul, et reliquis ejus generis affectibus; et de criminibus objecta quæ sunt sive vera essent, Resp. nec dignas, nec dignis proximas sumere pœnas ullo modo posset.

Calumnias Aeschinis exagitat

* Non sane cuiquam est negandus accessus ad populum, et dicendi potestas. Id vero ex hostili odio, atque invidia factitare, neque ita me Deus amet rectum est, neque civile, neque justum Athenienses. Nam si ea quibus me Reip. nocere videbat, tanta fuerunt, quanta modo tragicè vociferabatur, et recensebat, legum pœnis recentibus adhuc delictis me subjicere debuisset.

* οὐ γὰρ male cohærent hæc, sive desit, sive supersit, sive mutatum sit aliquid, aut transpo-

Si

Si me delatione ad Senatum digna committere videbat, deferret, atque eo modo in judicium vestrum adduceret: sin scribere contraria legibus violatarum legum accusaret.‡ Quod si quid aliud eorum, quæ modo calumniabatur, et recensebat, aut quidvis alioqui in vos delinquere me videbat, leges sunt de omnibus, et supplicia, et accusationes, et judicia, quæ acerbas et magnas habent multas, atque iis uti licuit omnibus. Quæ si eum fecisse constaret, et hac erga me ratione esse usum; consentanea factis ejus esset accusatio. Nunc, declinata recta, et justa via, res dum gererentur in præsentia, coarguere noluit, tanto autem temporis intervallo post criminibus, et dicteriis, et conviciis coacervatis, histrionem agit: cum me accuset, hunc in judicium adducit, cum totius certaminis, ejus susceptæ mecum inimicitiæ principatum teneant, nusquam mecum congreditur, sed alius dignitate palam

positum. non nunc sed olim fuisse accusandum.

Ctesiphon accusatur, Demosthenes petitur.

‡ Cum enim Ctesiphontem propter me persequi judicio possit, me ipsum profecto, si a se posse convinci confideret, accusaret.

Spo-

spoliare contendit. Itaque præter alias rationes, Athenienses, quæ pro defensione Ctesiphontis afferri possent, illud etiam æquissime dici mihi posse videt. justū ēē, ut nostras inimicitias ipsi inter nos disceptemus: non ut omissa concertatione nostra, alium cui mali aliquid demus, quæramus, quo nihil fieri potest iniquius. Omnia, igitur accusationis capita, vel ex his æque per injuriam, et mendacium esse dicta perspicitur. Verum sensim etiam singula excutiam, eaq. potissimum, quæ de pace et legatione in me est mentitus, suis, quæ Philocrate socio fecit, facinoribus in me translatis. Est autē necessarium Athenienses, et conveniens fortasse vobis, quæ fuerit temporū illorum conditio, revocare in memoriam, ut pro ratione temporū singula spectetis. Phocensi conflato bello, non propter me (tunc enim ego nondum ad Remp. accesseram) primum vos ita fuistis animati, ut Phocenses velletis esse incolumes, quanquā videretis eos injuste facere: Thebanis autem quicquid

1. narrat qui Græciæ status fuerit, cū accederet ipse ad Rempub. ad refutandam Ae-

scki- acci-

accidisset mali, gavisuri essetis, non sine causa, nec injuria eis irascentes, suis enim ad Leuctra successibus, non usi moderatè fuerant. Deinde tota Peloponnesus in factiones erat divisa: neque enim inimici Lacedæmoniorũ tm̃ valebant, ut eos everterent, neque qui prius illorum auctoritate imperarant, urbibus moderabant, sed quædam erat inexplicata, et apud hos, et apud alios universos lis et perturbatio. Quæ cum videret Philippus (neque enim obscura erant) largitionibus faciendis, in singularum urbium proditores, omnes commisit, et inter se concitavit. Postea dum alii errant, et desipiunt, ipse se instruit, et in pniciem omniũ crescit. Ut autem afflictos belli diuturnitate tunc molestos, nunc infelices Thebanos, pspicuum erat omnibus ad vos confugituros. Philippus, ut ne id fieret, neve civitates convenirent, et vobis pacem, et illis auxilium pollicetur. Quid igit ei profuit, ut vos pene ultro caperemini? Cæterorum Græcorum sive ea ignavia, sive ignorantia

Æschinis de pace facta calumniam.

tia nominanda est, sive horum utrumq;
qui vos bellum assiduum, et longum
gerentes, idq; pro communi omnium uti=
litate, ut re ipsa declaratum est, neque
pecunia, neque hominibus, neque ulla re
alia prorsus adjuverunt, quibus et jure,
et convenienter irati, alacriter Philippo
obtemperastis. Illa igit tum concessa pax
propter hæc, et non propter me (ut iste ca
lumniatur) facta fuit./. Istorum autem
injurias, et corruptelas in illa, præsen=
tium turbarum (si quis recte investiget)
causas esse deprehendet. Atque hæc omnia
studio veritatis, subtilius persequor, et com
memoro. Ut enim maxime aliqua in eis
peccata esse videant, nihil ad me utique
attinent: sed qui primus, et sententiam
dixit, et mentionem de pace fecit, fuit
Aristodemus histrio; qui successit, et scri=
psit, et cum isto suam operam in eam rem
locavit, Philocrates fuit Hagnusius, tuus
Aeschine particeps, non meus, non si tibi
mentienti ilia rumpant, subscriptores, et
suffragatores fuere, quacunque tandem de

Pax facta inter Philippum, et Athenienses, non facta consilio Demosthenis. Perstringit Aeschinem.

causa

causa (omittam enim hoc in præsentia:) Eubulus, et Ctesiphon. Ego vero nihil usquam. Verumtamen, cum tales isti sint, et se ipsa esse prohibentur, eò venit impudentiæ, ut dicere n' dubitet, me cũ pacis auctorem fuisse, tum vero obstitisse, quo minus eam Resp. faceret, communi Græcarum concilio adhibito.

Silentium Aeschinis in re præsenti.

Tu vero (o quo te nomine recte appellem?) cum adesses, et videres tanta re et societate a me spoliari Civitatem, quantam modo tragicè vociferabaris, et recensebas: usquamne indignatus es, aut progressus, ea quæ nunc accusas, explicasti, aut commemorasti? Atqui si ego mercede a Philippo conductus, Græcorũ conspirationem prohibebam, id tibi reliquum erat, ut non taceres, sed clamitares, et testificareris, et his significares, id quod nunquam fecisti, neque eam ex te vocem audivit quisquam, meritò, neque enim legatio fuerat tum ad ullum Græcorum missa, sed jam olim eorum animi patebant, neque iste sani quicquam dixerat ea de re.

Aeschines in Athenienses injurius

Ad hæc mendaciis suis acer=

rimè

rimè Remp. calumniatur. Nam si vos
simul cæteros Græcos ad bellum accerseba-
tis, simul ipsi legatos ad Philippum
de pace mittebatis: Eurybati facinus,
non Reip. officium, aut bonorū hominū
faciebatis, sed non ita est, non est. Qua
enim causa eos illo tempore accersissetis?
ad pacem? at eam habebant omnes, ad
bellum? at ipsi de pace agebatis. Itaque
neque primæ pacis me vel ducem, vel au-
torem esse constat, neque cæterorum quic-
quam, quæ in me confinxit, verum esse
ostendit. Postquam autem pacem fecit
Resp. hic iterum considerate quid uterq.
Acta post pacem. nostrum agere instituerit. Ex his enim
scietis, quis fuerit, qui Philippo in omni-
bus suffragaretur, et quis vestram causam
egerit, et publicæ studuerit utilitati. Ego
Decretū Demosthenis, et mora legatorum. igitur Senator decretum feci, ut legati quam-
primum in ea loca navigarent, in quibus
esse Philippum audirent, et jusjurandum
exigerent, illi vero nec post Senatusconsul-
tum meum id facere voluerunt, id quid va-
luerit, ego vos docebo Athenienses. Philippo

expediebat, plurimum temporis interce dere inter jusjurandum: vobis quod minimum, quamobrem? quia vos non ab ea die duntaxat, qua jurastis, sed ab ea qua sperastis fore pacem, omnes belli apparationes deserveratis, ille autem id maxime perpetuo moliebat, existimans (id quod verum fuit.) quæ nostræ urbi eripuisset ante datum jusjurandum, ea se omnia constanter habiturum, neminemq; propterea pacem soluturum. Quæ cum ego providerem Athenienses, et reputarem, decretum illud feci; navigandum in ea esse loca, in quibus esset Philippus, et jusjurandum quamprimum exigendum, ut obtinentibus Thracibus, fœderatis vestris, ea loca, quæ iste modo elevabat, Serrium, et Myrtium, et Ergiscem: ita jurarent, et non ille opportunis locis occupatis, Thraciæ potiretur, neve magna pecunia multisq; militibus instructus, reliquas res adgrederetur. Hoc decretum non dicit, neque recitat, sed quod ego senator adducendos esse Legatos censui, id exagitat. Sed quid mihi agendum fuit? non decernendum, ut adducerent ii, qui eo venerant, ut colloquerentur

Legati Philippi, justu Demosthenis

vo- ad-

adducti ad populum.

vobiscum? aut non jubendū, ut architectus eis spectandi locum daret? At binis obolis numeratis spectassent, id decretum si factum non esset. Parva igit Reip. commoda mihi tuenda erant, summa autem totius Reip. /id qd isti fecerunt/ Philippo vendenda? minimè verò. Age, cape decretum illud, et recita: qd iste cum satis sciret, præteriit. Recita.

Decretum. Prætore Mnesiphilo pridie Cal. Quintiles, Pandionia tribu præsidente, Demosthenes Demosthenis F. Pæaniensis, retulit: Postquam Philippus missis legatis de pace, fœdus ex confesso fecit cum Atheniensibus: placere Senatui, populoq. Atheniensium, ut pax in prima Concione jussa, pficiatur, legatos ex omnibus Atheniensibus jam deligi quinque, delectos autem proficisci oportere, nulla mora interposita, eò ubi esse Philippum audierint, et jusjurandum tum ab eo exigendum, tum dandum primo quoque tempore, de facto p eum cū

po-

populo Atheniensi foedere, comprehensis etiam utrorumq. sociis. Legati creati sunt, Eubulus Anaphlystius, Aeschines Cothocides, Cephisophon Rhamnusius, Democrates Phlyensis, Cleon Cothocides. Qui cum ego tum decrevissem, et Reip. non Philippi utilitatem spectarem, parum solliciti boni isti Legati, sederunt in Macedonia tres totos menses, donec Philippus è Thracia rediisset, omnibus illic eversis, cum licuisset decem diebus, vel triduo potius, aut quatriduo in Hellespontum proficisci, et ea loca tueri, exacto jurejurando, priusquam ea ille expugnasset. Aut enim praesentibus nobis ea non attigisset, aut jusjurandum ab eo non accepissemus. Quare pacem non impetrasset, nec utraque habuisset, et pacem, et loca. Prima igit. in legatione, et Philippi impostura, et corruptela impiorum istorum hominum, et Diis invisorum, talis extitit, propter quam et tunc, et nunc, et semper pugnace me fateor, et controver-

Cessatio legatorum in exigendo jurejurando.

sias

Cessatio Legatorum in reditu. sias habere cum istis. Jam aliud statim majus isto scelus spectate. Postquam receperat Philippus se pacem habiturum, occupata Thracia culpa istorum, qui decreto meo non paruerant, rursus ab eis emit ne abirent ex Macedonia, donec expeditionem contra Phocenses susceptam instruxisset, ne, si illi huc renunciassent, et profecturum esse, vos eo cum instruere se, et profecturum esse, vos eo pias educeretis, et triremibus ad Pylas missis, ut prius Porthmum clauderetis, sed ut simul istos id nunciantes vos audiretis, simul ipse intra Pylas esset, vosque nihil agere possetis. Tanto autem

Aeschinis mendacia. in timore, atque in æstu fuit Philippus, ne etiam his a se occupatis ante interitum Phocensium vos eis, audita re, auxilia decerneretis, et ipse rei gerendæ occasionem amitteret, ut rursus impurum istum conduceret, non jam communiter cum cæteris legatis, sed privatim solum, ut ad vos ea diceret, et nunciaret, per quæ omnia perierunt. Peto autem Athe

niensis

rienses, et oro, ut hoc per totam causa meminseritis, si Aeschines nihil extra accusationem criminatus esset, me quoque nullum aliud verbum fuisse facturum. Cum autem ille omnia crimina, et maledicta coacervavit, necesse mihi quoque esse, ad singulas criminationes pauca respondere. Quæ igitur illius verba tum fuerunt? propter quæ perierunt omnia? non esse tumultuandum propterea, quod Philippus esset intra Pylas progressus, consecuturos enim vos omnia, quæ velletis, si quiesceretis, atque intra biduum, aut triduum audituros, quorum hostis venisset, iis amicum: contra, quibus amicus, iis hostem esse factum. Neque enim verbis amicitias ajebat confirmari, valde utens honesto nomine, sed iisdem utilitatibus. Expedire autem Philippo, et Phocensibus, et vobis pariter omnibus stupore et molestia Thebanorum liberari. Hæc ex eo quidam libenter audiebant, propter intercedentes eo tempore cum Thebanis inimicitias. Quid vero statim hæc secutum est? ut paulo post miseri

Excusat invectivas in Aeschinem.

Pollicitationes Aeschinis.

Eventus pollicitationum.

Pho:

Phocenses interirent, et eorum Urbes everterent, ut vos dum quiescitis, et isti paretis, paulo post supellectilem ex agris conveheretis, ut iste aurum acciperet: atque insuper, ut Resp. nostra Thebanorũ, et Thessalonũ inimicitias susciperet: Philippus autem factis illis gratiam iniret. Ut autem vera esse hæc constet, recita mihi, et Callisthenis decretum, et literas Philippi, è quorum utrisque vobis omnia hæc erunt manifesta. Recita.

Decretum Mnesiphilo Prætore, concione a ducibus convocata, et de sententia Consulum, et Senatus * IV Idus Septemb. Calisthenes Eteonici F. Phalireus dixit. Ne quis Atheniensium ulla de causa in agro pernoctet, sed in Urbe maneant, et Piræo, qui non in præsidiis dispositi sunt. Eorum autem, quem quisque ordinem suscepit cum teneatur, et nec diurno nec nocturno tempore absit, quisquis autem huic decreto non paruerit, proditionis reus esto, nisi necessitate aliqua inevitabili se fuisse

* μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος

circu-

circumventum ostenderit. Cum autem necessitatem cognoscat Dux armamentario praefectus, et quaestor, et scriba Senatus. Deferantur etiam quae sunt in agris omnia celerrime, quae sunt intra stadia cxx, in Urbem, et Piraeum: quae ultra stadia cxx Eleusinem, et Phylen, et Aphidnam, et Rhamnuntem, et Sunium. Dixit Callisthenes Phalereus. Numquid hac spe pacem feceratis, aut haec vobis pollicebatur iste mercenarius? Age recita et literas, quas postea Philippus huc misit.

Literae Philippi. Rex Macedonum Philippus Senatui populoque Atheniensi S. Scitote nos intra Pylas esse progressos, et Phocidem subegisse. Ac quae oppida ultro deditionem fecerunt, in ea praesidia introduximus, quae vero imperium detrectabant, vi cepimus, et civibus sub corona venditis, evertimus. Cum autem audirem, et vos instrui ad opem illis ferendam, scripsi vobis, ne ea de re amplius laboretis. Nam in universum non moderate

facere

facere mihi videmini, qui pacem pepi-
geritis, et nihilominus in aciem descen-
datis, praesertim cum Phocenses in com-
munibus nostris pactis non sint compre-
hensi. Quare si non manebitis in conven-
tis: nulla re, nisi auspicandis injuriis
eritis superiores. Auditis quam perspicue

Interpretatio literarum Philippi

significet, atque explanet his ad vos
literis, suis foederatis: Haec ego feci invi-
tis Atheniensibus, et aegreferentibus?
Quare si sapitis o Thebani, et Thessali;
et eos hostes existimabitis, et mihi fidem
habebitis, non quod haec verba posuerit,
sed haec certe ostendere voluit. His rebus
factum est, ut digressus, illos ita sibi de-
vinciret, ne quicquam deinceps prospicerent,
aut animadverterent, sed eum omnia
in suam redigere potestatem paterentur.

Thebanorum excidium.

Unde accidit, ut miseri Thebani in praesen-
tibus calamitatibus versentur. Istius autem
fidei conciliator, atque adjutor strenuus,
qui falsa huc nunciavit, et fucum vobis
fecit, is est, qui Thebanorum male nunc

la-

lamentetur, et quae ea miserabilia sint, commemoret: cum sit, et eorum, et Phocensium malorum, et quaecunque alia Graeci perpessi sunt, omnium ipse autor. Tu scilicet Aeschine casus illos aegre fers, et Thebanorum vicem doles, cum possessiones habeas in Boeotia, et illorum agros colas: ego autem gaudeo, qui statim exposcebar ab eo qui illa fecerat? sed incidi in eas res, quas paulo post dici, magis fortasse conveniet. Redeo igitur eo, ut probem istorum corruptelas, et injurias, praesentium negocionum causas extitisse. Postquam tum vos decepti eratis a Philippo per istos, qui se in legationibus mercede Philippo locaverant, nihilque veri vobis nunciarant. tum aerumnosi Phocenses, et decepti erant, et oppida eorum eversa: quid factum est? Thessali, homines nefarii, et vecordes Thebani, amicum, benemeritum, servatorem Philippum ducebant. Is eis erat omnia, neque vocem ferebant ejus, qui aliquid aliud

Pacis occasione Graecis Principes largitionibus corrupti à Philippo.

vellet

vellet dicere. Vos autem, quamvis ea quæ fiebant, suspecta haberetis, et ægre ferretis, tamen pacem servabatis. Neque enim erat, quod faceretis soli. Quin et alii Græci, quemadmodum vos, decepti, et iis frustrati, quæ speraverant, pacem cupide servabant, etsi et ipsi quodammodo jam diu bello peterentur. Cum enim circumiens Philippus, Illyrios, et Triballos, et Græcorum etiam quosdam subigeret, et multas magnasque copias sibi subjiceret, et quidam ex Urbibus propter pacis licentiam illuc euntes, corrumperent, quorum iste unus fuit, tunc omnibus his, contra quos illa parabant, bellum inferebant, qui si id non animadvertebant, alia jam fuerit ea disputatio, neque ad me attinet. Ego enim prædicebam, et testificabar, tum apud vos semper, tum quocunque mittebar, sed Civitates ægrotabant, cum et magistratus, rebusque gerendis præfecti munera captarent, ac largitionibus corrumperentur, et homines privati partim non prospicerent,

Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Magistratus avari, populus delicatus.

partim

partim quotidiana indulgentia, et ocio essent deliniti, atque hoc morbo correpti universi, neque vero putabant singuli ad se venturas esse calamitates sed aliorum periculis opes suas confirmatum iri, quando vellent. Sic opinor accidit, ut et vulgus hominum per nimiam illam, et intempestivam socordiam libertatem amiserit: et magistratus, atque ii qui se cætera, se metipsis exceptis, vendere putabant, se venisse primos intellexerint. Nam enim, ut tum fiebat, cum munera acceptarent, amici, et hospites nominant: sed assentatores, et diis invisi, et cætera, quæ par est, omnia, nunc audiunt. Nemo enim Athenienses, propter proditoris utilitatem sumptus facit: neque potitus iis, quæ concupiverat, proditoris consiliis de eo, quod superest, amplius utitur. Alioqui nihil felicius esset proditore. Verum non ita et hæ, non ita sunt. Qui enim posset fieri? multum certe abest, sed postquam is, qui imperare studet, in sua omnia potestatem redegerit, etiam eorum qui illa vendiderunt,

Proditorum exitus.

fit

sit Dominus, gnarus autem improbitatis tum verò, tum et odit, et diffidit, et insectatur. Sic autem rem considerate. Etsi rerum ipsarum tempus abiit, at eas sciendi tempus semper adest cordatis. Tantisper Lasthenes amicus Philippi nominabatur, dum Olynthum prodidisset: Tantisper Timolaus, dum Thebas perdidisset, tantisper Eudicus, et Simus Larissaei, dum Philippo Thessaliam subjecissent. Et tamen, cum exagitarent, et contumeliis afficerent, et quid mali non ferrent? totus orbis terrarum repletus est proditoribus. Quid Aristratus Sicyone? Quid Perilaus Megaris? nonne abjecti? Ex his etiam evidentissime perspicitur, quia Patriam maxime tueatur, atque istis acerrime adversetur, cum vobis, Aeschine, proditoribus, et mercenariis occasionem corruptelarum suppeditare: quorum si multi sunt, vestrisq. conatibus resistunt, vos estis incolumes, et mercede aucti. Nam quantum in vobis quidem ipsis

Lasthenes. Timolaus. Eudicus. Simus. Aristratus. Perilaus. Proditores ab adversariis conservantur.

fuit,

fuit, olim sane periissetis. Etsi autē de actis illorum temporum plura dicere possem, tamen vel hęc plus satis esse arbitror, sed isti id acceptum ferendum, qui tanquam crapulā quandā suę iniquitatis, et scelerum in me effuderit, quā necesse fuit apud vos, qui per ętatem res illas cognitas habere non potestis, eluere. Interim autē vos quoque fortassis affecti estis molestia, qui prius etiam, quā ullum ego verbum facerem, illam istius operam nostis mercenariam, quanquā eā ipse amicitiam, et hospitium nominat, atque nunc alicubi dixit, is qui mihi Alexandri hospitium exprobrat. Ego tibi hospitium Alexandri? unde id tibi contigit? aut qua dignitate es receptus? neque Philippi hospitem, neque Alexandri amicum ego te dixerim: non ita insanio, nisi etiam messores, et alii mercenarii, amici, et hospites appellandi sint dominorum. Non ita sunt hęc. Unde? multum certe abest, sed mercenarium ego te Philippi olim, et nunc Alexandri voco, et hi omnes. Quod si id non credis, interroga eos, atque adeo ego ipse tuo loco id faciam. Utrum

Excusatio longionis narrationis, cum Aeschinis inscitaōne.

Mercenarius, non amicus, et hospes Alexandri

vobis

Nunc ad ipsam causam accedit.

vobis Athenienses, mercenarius Aeschines, an hospes esse Alexandri videt? Audis, quid dicant? Jam ad accusationem ipsam respondebo, et acta mea recensebo, ut quamquam sciens Aeschine, tamen audias, quamobrem me dicam, et hoc senatus consulto decretis, et multo etiam majoribus honoribus eē afficiendū. Age, ipsam accusationem cape, et recita.

Accusatio Chaeronide Pretore VIII Idus Februarias, Aeschines Atrometi F. Cothocides, retulit ad Pretorem violatarū legum actionem contra Ctesiphontem Leosthenis F. Anaphlystium: scripsisse eum decretum legibus contrarium, de Demosthene Demosthenis F. Paeaniensi aurea corona donando, et in theatro, magnis bacchanalibus, novis tragediis, proclamando: donari a populo Demosthenem Demosthenis F. Paeaniensem aurea corona virtutis ergò et benevolentiae, quam constanter habeat, et in Graecos universos, et populum Atheniensem, atque fortitudinis, et quia non desistat agere et dicere populo utilissima, atque alacer sit

qd

ad bene de eo merendum, quocunque modo possit, quæ omnia falso scripsit, et contra leges: cum legibus interdictum sit, primum ne falsa scripta in publica monimenta referant, deinde ne quis ante relatas rationes coronetur. Demosthenes autem muris reficiendis est curator, et theatrali pecuniæ præfectus. Voit, ne corona in theatro proclametur bacchanalibus, tragœdiis novis: sed si Senatus coronet, in curia esse proclamandum, sin civitas, in Pnyce pro concione, æstimata lis talentis quinquaginta, subscriptores Cephisophon Cephisophontis F. Rhamnusius, Cleon Cleonis F. Cothocides. Quæ igitur in decreto accuset, Athenienses, hæc sunt. Ego vero his ipsis declaratum vobis opinor, me justis rationibus omnia refutaturum. Servato enim eodem ordine, quem iste in accusatione instituit, de omnibus deinceps singulatim dicam, et volens nihil prætermittam. Quod igitur scripsit, me utilissima populo, et agere, et dicere non desistere, et paratum esse ad bene de eo merendum ubicunque possim,

Defensionis ordine quo sit usurus.

propterea

laudavit, acta in Rep. mea venire in judicium existimo. In quo si inquiratur, constabit, utrum vere de me scripserit ea Ctesiphon, et convenienter, an vero falsò. Quod autem n' adscripsit, postquam rationes retulerim, esse coronandum, et in theatro coronam proclamari jussit, id ipsum etiam ad acta in Rep. pertinere existimo, utrum coronam merear, et proclamationem inter Cives, nec ne. Præterea leges etiam mihi ostendendæ videntur, quarum auctoritate huic hæc scribere licuit. Ita quidem juste Athenienses, et simpliciter, me defendere constitui, accedam autem ad res a me gestas, neque me quisquam existimet suspendere orationem de accusatione, si in actiones Græcas, et disputationes incidero. Qui enim eam decreti partem, quæ est de eo, me optima et facere, et dicere, insectatur, et falsitatis accusat, is est, qui orationem de omnibus actis in Rep. meis, et factis convenientem, et accusationi necessariam fecerit. Deinde cum variæ sint in Rep. functiones, eas ego mihi delegi, quæ ad

Acta sua in Rep. necessariò exponenda.

παρα διαγο λὴ

Græciæ statum attinerent. Quare æquum est, ut et probationes ex iis petam. Ac quæ antequam ego ad Remp. accessi, et conciones habui, Philippus occupavit atque obtinuit, omittam. Nihil enim illorum ad me attinere puto. Quibus autem occupandis ex eo die, quo ego accessi ad Remp., sit dejectus, eorum commonefaciam, rationemq; reddam, si prius hoc dixero: Magnam, Athenienses, prærogativam habuit Philippus. Apud Græcos enim non aliquos, sed æque omnes proventus proditorum, et largitionibus inhiantium, et diis invisorum hominum contigit ut existeret, et tantus, quantum nemo unquam prius fuisse meminit, quos suffragatores, et adjutores nactus, prius quoque inter se male animatos, et dissentientes Græcos, magis etiam conturbavit, alios decipiendo, alios largiendo, alios omni modo corrumpendo, et in multas partes disgregavit eos, quibus hoc unum expediebat universis, ut illius incrementa prohiberent. Tali autem in statu, atque etiam ignoratione cooriuntis, et nascentis mali cum versarentur omnes

Græci

παρά-
λειψις

Proditores, Philippi adjutores.

Propositio.

Demosthenis sua consilia non ad securitatem, sed

ad

ad digni- Græci, considerandum est vobis, Athe
tatem, Rei- nienses, quid suscipiendum, atque
pub. fuisse faciendum Reip. fuerit, et ejus a me
accomo- ratio reposcenda. Nam qui in ea se
danda. Reip. parte collocarit, is ego sum.
ἀναχοι- Nunquid eam oportuit, Aeschine, abje-
νωσις. ctis animis, et dignitate sua, Thessa-
lorum, et Dolopum numero, Philippo
adjutare in parando Græciæ principatu,
et majorum gloriam, et jus abolere?
an vero id quidem faciendum non fuit
(nihil enim fieri potuit indignius) sed
quæ eventura videbat, si nemo prohibe-
ret, atque multo ante, ut par est pro-
spiciebat, connivendum illa uti fierent?
Athe- Ego vero acerrimum actorum reprehenso-
niensium rem, perquam rogare velim, utrius fa-
factum ctionis optarit fuisse Remp.? ejus ne
esse o- cujus ope factum est, ut Græci eas cla-
mnium des, atque ignominiam susciperent, in
hone- quo numero censeri Thessali possunt, et
stissimum. gregales horum: an vero illius, quæ hæc
fieri passa est, privati emolumenti spe:
quo loco Arcades, et Messenii, et Argivi
sunt

sunt habendi? Sed et horum plerique imò omnes, pejus quam nos tractati sunt. Etsi enim Philippus victoria potius, statim abiisset, ac postea quievisset, neque sociorum suorum, neque cæterorum Græcorum ulli, re ulla molestus, tamen ii qui conatibus ejus adversati non essent, reprehendi nonnihil, et accusari potuissent.

χαρίδ' ὑπονδεσιν.

At si omnes pariter dignitate, principatu, libertate, atque etiam Reipublicis, quas potuit spoliarit, nonne vos mea secuti consilia preclarissime omnium vos gessistis? Sed illuc redeo. Quid Civitatem nostram facere decebat, cum Græciæ principatum, et Tyrannidem cogitare Philippum, et moliri cerneret? aut quid mihi suasori dicendum, aut decernendum fuit cum Athenis agerem? (id enim plurimum refert) qui ab omni memoria civem ad hunc usque diem, quo ego suggestum conscendi, semper de principatu, et honore, et gloria patriam dimicasse, et plus hominum atque pecuniæ, honoris

Resistendum fuisse Philippi conatibus.

studio

studio, et propter omnium Graecorum utilitatem impendisse, quam caeteros Graecos, qui pro se quisque impenderint. Videbam et Philippo, qui cum certamen nobis erat pro imperio, et principatu oculum excissum, claviculam fractam, cum manu, pede mutilatum, omnem quamcunque fortuna vellet corporis auferre partem, facile et expedite abjicere, ut cum eo, quod reliquum esset, honorate et gloriose viveret. Atqui nemo dicere audebit, decuisse Pellae educato, in oppido et obscuro (tum quidem) et parvo, tantam innasci animi magnitudinem, ut Graeciae principatum expeteret, idque in animum induceret, vobis autem Atheniensibus, quotidie in omnibus, et orationibus, et spectaculis virtutis majorum monimenta intuentibus tantam inesse ignaviam, ut Graecorum libertatem ultro volentes, Philippo proderetis. Nemo est, qui ita sentiat. Reliquum fuit igitur, et necessarium simul, omnibus ejus actionibus, quibus injuriam vobis faciebat, juste adversari. Id faciebatis ab initio

Ab exemplo Philippi.

vos

vos merito, et ex officio. Scripsi et ego, et consului, quibus in Rep. versabar temporibus, fateor. Sed quid mihi fuit faciendum? Jam enim te interrogo, cæteris omnibus omissis, Amphipoli, Pydna, Potidæa, Haloneso, nullius horum facis mentionem. Serrium autem, et Doriscum, et peparethi vastationem, et cæteras ejus Reip. nostræ factas injurias, nec utrum extiterint, novi. Tu autem dixisti, me qui illa dixissem, populum onerasse inimicitiis, cum illa decreta Eubuli, et Aristophontis, et Diopithis sint, non mea, o homo, qui temere, quicquid in buccam venerit effutias, neque nunc iis de rebus dicam. At ille qui Eubœam abalienabat, eamque ad oppugnandam atticam muniebat, qui megara invadebat, qui Oreum occupabat qui porthmum suffodiebat, qui et Orei Philisthidem Tyrannum, et Eretriæ Clitarchum constituebat, qui Hellespontum subigebat, qui Byzantium obsidebat, et Græcarum urbium alias evertebat, in alias exules reducebat, numquid iis omnibus agendis inique faciebat,

ἀναχοίνωσις, et παράλειψις

Subjectio: Suadendum fuisse à Demosthene, ut Philippus coerceret.

et

et fœdus violabat, et pacem solvebat, an non? Utrum Græcorum aliquem existere oportebat, qui eum illa facere prohiberet, nec ne? Nam si non oportuit, sed conniven dum fuit, ut quid dicit, Mysorum præda Græcia fieret, viventibus, et superstitibus Athenienſibus: supervacaneum et ego laborem cepi, qui talibus de rebus verba fecerim, supervacaneum laborem et Resp. ~~fecit~~ cepit, quæ mihi paruerit, ea vero quæ facta sunt omnia, delicta, et errata mea sunto. Sin aliquem esse decuit, qui prohiberet, quemnam eum alium quam populum Atheniensem esse conveniebat? Hæc igitur ego tunc administrari, et cum ab eo mortales omnes opprimi servitute viderem, adversatus sum, tum prædicendo, tum monendo, ne ea Philippo licentia concederetur. Atqui pacem ille solvit, navibus captis, non nostra Civitas, Aeschine. Profer ipsa decreta, et litteras Philippi, et recita ordine. Nam hæc si consideremus, quis cujus rei sit auctor, perspicuum fiet. Recita Decretum.

μυσῶν λεία

Belli alios fuisse suasores decretis et literis Philippi probat.

Decretum.

Decretum. Pytore Neocle mense Sextili indictis a Ducibus Comitiis. Eubulus Mnesithei F. Cyprius, dixit: Postquam duces in Concione retulerunt, Leodamantem navarchū, et missa cū eo viginti navigia in Hellespontum, ad portandum frumentum, à Philippi duce Amynta excepta, et perducta esse in Macedoniam, et in custodia teneri, curandum esse consulibus et Ducibus, ut Senatus conveniat, et legati deligant ad Philippū, qui profecti, cum eo agant de navarcho dimittendo, et navigiis, et militibus. Quod si id ex ignorantia fecerit Amyntas, nihil queri de eo populum. Sin preter mandata deliquisse constiterit Athenienses inquisituros, et penas pro delicti modo exacturos, Sin horum neutrum sit, sed privatim injurii sint, vel is qui misit, vel is qui missus est, id quoque indicandum, ut re cognita populus deliberet, quid agendum sit. Hoc igit decretum Eubulus fecit, non ego, id vero qd sequit. Ani-

sto-

stophon; deinde Hegesippus, post iterum Aristophon, mox Philocrates deinde Cephisophon, post omnes alii, ego vero nihil horum. Recita Decretum.

Decretum Neocle Pretore prid. Cal. Septembris, de sententia Senatus, Coss. et duces, relata concionis voluntate, exposuerunt, jubere populum legatos deligi ad Philippum de navibus repetendis, eisq. mandata dari, et plebiscita. et designarunt hos: Cephisophontem Cleonis F. Anaphlystium, Democritum Demophontis F Anagyrasium, Polycritum Apemanthi F. Cothocidem, praesidente tribu Hippothoontia, Aristophon Colyttensis, praeses dixit. Ut igitur ego hic ostendo decreta, sic et tu ostende Aeschine, quo ego decreto scripto, autor belli fuerim. Id vero non potes. nam si posses, nihil eo prius nunc protulisses, atque adeo nec Philippus belli causam mihi imputat, cum de aliis queratur. Recita ipsius Philippi literas.

Demosthenem nec a Philippo concitati belli accusari.

Litera Philippi Rex Macedonum

Philippus Senatui populoq. atheniensi S. Profecti ad me legati vestri Cephisophon, et Democritus, et Polycritus, de navibus dimittendis verba fecerunt, quibus præfuit* Laodamas. Ut igitur breviter dicam magnus mihi stupor esse vester videtur, si me hoc non intelligere putatis missa fuisse illa navigia per speciem frumenti ex Hellesponto in Lemnum portandi, re vera ut Selymbrianis, qui a me obsidebantur, et communi amicitiæ fœdere comprehensi non erant, opem ferrent. Atque hæc mandata fuerunt navarcho sine quidem populi atheniensis auctoritate, sed a quibusdam in magistratu, et aliis, qui cum privati nunc sint, omnibus modis efficere student, ut populus repudiata mecum inita amicitia, ad bellum redeat, atque in eo conficiendo multo magis elaborant, quam ut Selymbrianis opitulentur, eamq; rem sibi quæstui

* Legitur et Λαομέδων

stui fore putant. Ego tamen id neque vobis, neque mihi consultum esse puto. Quamobrem et navigia quæ nunc ad me producta sunt, vobis remitto, atque in posterum, si vestros magistratus vetueritis malitiose Remp. gerere, et coercueritis, operam dabo, ut et ego pacem custodiam. Valete. His nusquam Demosthenis meminit, neque de me quicquam queritur. Quamobrem igitur cum alios accuset, actorum meorum non meminit? qui injuriarum suarum meminisset, si quid de me scripsisset, his enim ego inhærebam, et iis adversabar, ac primum Peloponnensem legationem decrevi, cum ille primum in Peloponnesum invaderet, deinde Euboicam, cum Eubœam attingeret, post, expeditionem Oritanam, non jam legationem, itemque Eretriensem, cum ille jam Tyrannos in illis Urbibus constituisset. Post hæc classes illas omnes able

Demosthenis acta in Republica

ablegavi, per quas Chersonenus conservata est, et Byzantium, et omnes fœderati. Unde vobis res pulcherrimæ, laudes, gloria, honores, coronæ, gratiarum actiones ab iis qui beneficiis affecti fuerant, reddebantur. Eorum autem qui afficiebant injuria, iis qui vobis obtemperarant parte fuit salus, qui vero neglexerunt id consecuti sunt, ut sæpe vestrarum prædictionum meminerint, utque sibi vos non modo consultum voluisse, sed etiam prudentes homines, et vates esse putent. Evenerunt enim omnia, quæ vos eis prædixeratis. Atque magnam pecuniam daturum fuisse Philisthidem, ut Oreum, magnam et Clitarchum, ut Eretriam obtineret: magnam etiam Philippum, ut ea contra vos præsidia haberet, et cæteri ejus conatus non patefierent, utque in reliquas ejus injurias nemo usquam inquireret, nemo ignorat, et tu minime omnium. Legati enim tum a Clitarcho,

Perstringit Æschinem.

et

et Philisthide huc missi, apud te diversabantur Aeschine, tu eorum eras procurator; quos Resp. ut hostes, et neque justa neque utilia postulantes, repulit, ii tibi amici fuerunt. Nihil igitur horum factum est o homo in me maledice, qui dicis me accepta tacere pecunia, expensa clamitare. Tu vero non ita, sed clamitas, et dum habes, et nunquam desines, nisi te hi coercuerint hodie coactum in ordinem. Ob ea igitur cum vos me tum coronassetis, et Aristonicus easdem scripsisset syllabas, quas Ctesiphon hic nunc scripsit, et proclamata eet in theatro corona, et secundum hoc mihi nunc fit praeconium, neque adversatus esset Aeschines, cum adesset, neque decreti autorem accusavit. Age cape et hoc decretum, et recita. Recita.

Simile Decretum ante factum de Demosthene, et a nemine accusatum.

Decretum Pytore Charonida Hegemonis F. 6. Cal. Februarias, tribu Leontina praesidente, Aristonicus Phrearius

dixit

dixit. Posteaquam Demosthenes, Demosthenis F. Peaniensis, multa, et magna officia præstitit populo Atheniensi, multisq. fœderatorum, et cum prius, tum præsenti hoc tempore per senatus-consulta opem tulit, et quasdam in Eubœa Civitates liberavit, et populo Atheniensi bene velle perseverat, et cum dicit, tum agit, quicquid est è se, et ipsorum Atheniensium, et cæterorum Græcorum, placere Senatui populoq. Atheniensi, ut laudet Demosthenes Demosthenis F. Peaniensis, et aurea corona donet, et corona in Teatro proclamet, bacchanalibus, novis tragœdiis. Coronæ autem proclamatio, curæ sit Præsidenti tribui, et agonothetæ: sententiam dixit Aristonicus Phrearrius. Est ne igitur vestrum aliquis, qui dedecus aliquod suscepisse sciat Remp. nostram propter hoc decretum, aut illusam esse, aut derisam, cave accidisse, quæ modo iste futura esse dicebat, si ego coronarer? At qui, dum res novæ sunt, notæq. omnibus, sive præclare se hnt,

Commendat acta sua.

gratiam

gratiam consequuns, sive quocunque modo aliter, supplicium. Constat autē gratiam mihi tunc esse habitam, non reprehensione suppliciove me affectum. Proinde ad ea usque tempora, quibus hęc acta sunt, in confesso est omni tempore ea fecisse me, quę essent è Rep. quod et dicenda sententia, et decernendo vobis deliberantibus, fui superior, et quę decreta perfecta sunt, et coronis Resp., et ego, et vos omnes propter ea donati, quę vos Diis sacra fecistis, et supplicationes, quasi ea fausta essent. Expulsus

Byzantium liberatum.

igit ex Eubœa Philippus, ut armis vestris, sic administratione, decretisq. / etiamsi rumperent istorum quidam / meis, aliud oppugnandę Reip. nostę præsidium quæritabat, et qa videbat nos plurimo omnium mortalium importato frumento uti, operam dabat, ut frumentariam vectionem in suam potestatem redigeret. Progressus igit

in

in Thraciam, a Byzantiis sibi foederatis, petiit primum, ut una secum bellum vobis inferrent. Quod cum recusarent, et (quod verum erat) non iis se conditionibus coisse societatem dicerent: extructo vallo urbem circumdedit, et machinis admotis, obsedit. Ea dum fiebant, quid nos facere decuerit, non jam interrogabo. Perspicuum enim est omnibus: sed quis fuerit, qui juverit Byzantios, eosq. conservarit? Quis obstiterit, quo minus illis temporibus, Hellespontus alienaretur? Vos o Athenienses. Vos autem cum dico, Remp. dico. Quis vero Reip. et dicebat, et scribebat, et agebat, denique se administrationi rerum prorsus dederat? Ego. Atqui ex iis, quantae ad omnes redierint utilitates, non jam è verbis est cognoscendum, cum re ipsa sitis experti. Quod enim bellum tum gerebatis, praeterquam quod famam honestam peperit, id quoque praestitit, ut omnia ad vitam sustentanda

Bellum pace felicius.

stentandam necessaria, et uberius, et minoris pararent a vobis, quam hac præsenti pace, quam lenes isti cum patriæ detrimento custodiunt: ei spei inhiantes, quæ utinam frustrentur, neque unum frustrans iis, qui vos Reip. amantes a Diis immortalibus exoptatis, neque vobis ea impertiant, quæ ipsi instituerunt. Recita eis, et Byzantiorum coronas, et Perinthiorum, quibus Remp. propter hæc ornaverunt.

Decretum Byzantiorum Pontifice Bosporicho Damagetus in Icalia de consilii sententia dixit, posteaquam populus Atheniensis, cum superioribus temporibus bene cupere Byzantiis non destitit, et sociis cognatisq. Perinthiis, et multa magnaq. officia præstitit, tum præsenti hoc tempore, philippo nostrum agrum, et Urbem hostiliter aggresso, ad excidium Byzantiorum, et Perinthiorum,

et agrum incendiis, et succisis arboribus devastante: opem tulit navibus centum, et viginti, et frumento, et telis, et legionibus, nosq; è magnis periculis eripuit, et patriam Remp. restituit, et leges, et monumenta majorum, placere populo Byzantiorum, et Perynthiorum, dare Atheniensibus affinitatem, civitatem, agri possessionem, et proprium, et principem locum in spectaculis, apud Tholum, apud Senatum, et populum, apud Sacrificos, et in Urbe habitare volentibus immunitatem omnium onerum Civilium, et erigendas esse statuas in Bosporo tres sedenûm cubitum singulas, populi Atheniensis coronati a populo Byzantiorum, et Perinthiorum: mittenda etiam esse munera in celebres Græciæ conventus, Isthmia, et Nemea, et Olympia, et Pythia, et proclamandā coronam, qua donatus est populus Atheniensis a nobis, ut norint Græci omnes

Athe

Atheniensium virtutem, et Byzantiorum, et Perinthiorum pietatem. Recita etiam donatas a Chersonesitis coronas.

Chersonesitæ liberati.

Decretum Chersonesitarum.

Chersonesitæ, qui Sestum incolunt, Eleuntem, Madytum, Alopeconesum, ornant Atheniensium senatum, et populum aurea corona sexaginta talentorum, et Gratiæ aram extruunt, et populi Atheniensis, qui in Chersonesitas beneficium contulerit omnium maximum, ereptos e Philippi manibus, et restituta patria, legibus, libertate, sacris, et sequenti ævo omni non desinent agere gratias, et quacunque ratione poterunt, benemereri hæc decreverunt in communi concilio.

Amplificatio per contentionem.

Non igitur id solum, ut Chersonesum, et Byzantium servares, et Hellesponti dominatu Philippum tum excluderes, et Reip. propter hæc honos haberes, consilio meo, et administratione perfectum

est, sed illud etiam mortalibus omnibus ostensum, quanta esset et Reip. nostræ bonitas, et Philippi improbitas. Nam is quidem amicus, et socius Byzantiorum, palam omnibus eos obsidebat, quo quid fieri possit fœdius, aut sceleratius? Vos autem qui non injuria multa, eaq. gravia de eis queri potuissetis, propterea quæ superioribus temporibus in vos commiserant, non modo memoriam injuriarum obliterastis, et ne injuriis afficeres, prohibuistis, sed etiam conservastis, unde gloriam, benevolentiam estis ab omnibus assecuti. Ac multos jam a vobis, versatos in Rep. coronis esse donatos, sciunt omnes: propter quem autem alium Resp. coronata sit /consiliarium dico, et Oratorem:/ nisi propter me, nemo omnium dicere queat. Ut autem, et maledicta, quibus Eubœenses, et Byzantios incessit, refricans eorum memoriam, si quid in vos commiserant incivilius, calumnias

Propter solum Demosthenem Athenienses corona
ti.

Recte defensos esse Eubœenses, et Byzantios exemplum probat.

esse

esse ostendam: non propterea tantum
quod mendacia sint (nam id vos
prescire arbitror) sed ut maxime ve
ra essent: quia tamen ita agi, ut
ego egi fuit utilissimum, unum atque
alterum preclarum Reip. facinus
exponam, idq; paucis. Etenim et
singulis privatim, et publice omnibus
γνώμη danda est opera, ut in ea quę habent
honestissima, intuentes, cętera semper
studiose faciant. Vos autem Athe-
nienses, cum Lacedęmonii terra
mariq; imperarent, et undique fini-
tima Atticę loca prefectis, et presi-
Bęotii diis Eubeam, Tanagram, Bęotiam
Corinthii universam, Megara, Aeginam, Cleo-
nas, reliquas insulas obtinerent:
urbe non mœnia tum habente, egressi
estis ad Aliartum, atque iterum non
multis diebus post, ad Corinthum,
cum illius temporis Athenienses mul-
tas causas simultatis haberent erga
et Corinthios, et Thebanos, propter ea
quę bello Decelico facta erant. Sed

injuriarum non meminerunt, et multum abfuit, ut id facerent. Atqui Aeschine tum utraque haec, neque pro benemeritis suscipiebant, neque carere periculo videbant, sed propterea non deserebant supplices, quin pro gloria, et honore semetipsos periculis offerebant, recto, et honesto consilio; omnium enim hominum vita morte finis, etiamsi quis in cavea conclusum tueri se se studeat. Fortibus autem viris semper res honestae praeclaraeque omnes, spe bona tanquam clypeo fretis, et munitis suscipiendae sunt, et quicquid Dei voluntate contigerit infractis animis perferendum. Haec majores nostri factitabant, haec natu grandiores e vobis, qui Lacedemonios non amicos, neque benemeritos, sed post multas, et magnas injurias Reip. nostrae factas, cum Thebani post Leuctricam victoriam eos delere instituerent, obstitistis, non perterriti robore illo Thebanorum, et gloria qua florebant, neque ratione inita, quid in vos

Breve, et irreparabile tempus omnibus est vitae, sed famam extendere factis. Hoc virtutis opus.

Lacedemonii, Atheni=

nientia | Vos, si illi commisissent, pro quibus
clementia. | pugnabatis. Illis itaque factis,
Graecis omnibus declarastis, quidquid
tandem in vos ab ullo commissum
fuerit, contra eum vos ceteris in
rebus retinere iracundiam, sin cuius
salus aut libertas periclitari esset,
vos offensarum, et oblivisci, et nullam
rationem habituros. neque in hos
tantum ita fuistis animati, sed rur
Euboenses | sus, cum Thebani Euboeam sibi ven
dicarent non neglexistis, neque The
misonis, et Theodori injuriarum de
Oropo estis recordati, sed et his opem
tulistis, cum eo primum tempore
Reip. ultro se obtulerint quidam
triremes instructuri, quorum unus
Aequitas | ego fui, sed nondum de his. Etsi
autem praeclarum fuit conservasse
Athenien | vos insulam, illud tamen fuit mul
sium. | to praeclarius, quod redactis in pote
statem vestram et civibus, et oppidis,
ea juste reddidistis illis ipsis, qui
in vos deliquerant, nulla injuriarum,

cuius

cum ad fidem vestram confugissent, habita ratione. Sexcenta alia recensere possem, quæ prætereo, navales pugnas, expeditiones, terrestria prœlia, et olim commissa, et nunc vestra ætate, quæ Resp. nostra omnia pro cæterorum Græcorum libertate gessit, et incolumitate. Proinde ego cum spectassem Remp. nostram tot et tantis in rebus pro aliorum utilitate dimicare voluisse, cum ipsius quodammodo res ageres, quid jubere, quidve suadere ei debui, ut succenseret, scilicet iis, qui defendi se cupiebant? et causas quæritaret propter quas omnes utilitates abjiceremus? Equis me jure non occidisset si veterem Reip. dignitatem, et gloriam verbo duntaxat dehonestare instituissem? nam ipsam rem satis scio, vos nequaquam fuisse admissuros. Quod si voluissetis, quid vobis obstitisset? non licebat? non erant isti quid id consulerent? Nunc ad ea revertar, quæ post hæc ordine administravi

Conclusio

Culpam communicat cum Atheniensibus, si qua sit commissa

in

in quibus vos rursum considerabitis, quid Reip. fuerit utilissimum. Nam cum viderem Athenienses classem vestram dilabi, et homines locupletes parvis impensis immunitatem consequi, cives autem mediocres aut tenues rem familiarem perdere, atque ita fieri etiam ut Reip. occasiones negligeret: legem tuli, qua et officium facere coegi

Lex Demosthenis trierarchica.

locupletes, et injuria prohibui deinceps tenuiores, atque effeci, quod utilissimum fuit, ut civitas tempestivè instrueretur, atque in ea causa violatarum legum accusatus, ad vos rem ingressus, et absolutus, et quintam suffragiorum partem non tulit accusator. At quantam pecuniam duces classium, aut secundanos, aut tertianos mihi daturos fuisse putatis? maxime ut eam legem non ferrem, sin minus, ut praevaricatus eam n' perferrem!

Abstinentia Demosthenis.

Tantam, Athenienses, quantam apud vos dicere non audeo. Neque id ab re faciebant. Per priores enim leges eis

li:

licebat sedenis obire munera, sic ut ipsi pauca, immò nihil impenderent, inopes autem Cives attererent. Mea vero lege cavebatur, ut pro facultatibus, et portione singuli conferrent. Ita binarum triremium præfectus extitit, qui prius sextus, et decimus in unam contribuerat. Neque enim triremium præfectos se nominabant, sed contributores. Id igitur, ut caveretur, neve justa præstare cogerentur, nihil est quod dátum non fuerint. Ac mihi primum decretum recita, quo in judicium veni, et recensiores, tum illam veteris legis, tum hanc meæ. Recita

Decretum Prætore Polycle 16 Cal. Septembris, tribu præsidente Hippothoontia, Demosthenes Demosthenis F. Pæaniensis, legem navalem priori substituit, qua contributiones fiebant trierarchorum, et suffragia tulit Senatus, et populus. Cum autem violatarum legum reum fecisset Demosthenem Patrocles Phlyensis, non accepta

suffra-

suffragiorum parte, solvit quingentas drachmas. Age profer et pristinam recensionem.

Recensio Trierarchi ad triremem vocentur sedeni è manipulorum contributionibus, a quinque et viginti annis usque ad quadraginta, qui ex æquo suppeditent. Age confer cum hac meæ legis recensionem.

Recensio Trierarchi ad triremem deligendi sunt è censu rei familiaris a denis talentis, quod si res familiaris pluris æstimata fuerit, munus id pro portione ad ternas naves, et scapham progrediatur. Eadem ratio servetur in iis, quorum opes decem talentis sunt minores, ut contributis aliis, decem talenta expleant. Num parum opis attulisse videor pauperibus, aut parum impensuros fuisse putatis divites, ne æque præstare cogerentur? neque vero illud

Utilitas legis Demosthenicæ.

solum mihi laudi duco, quod non prævaricatus sum, aut quod accusatus, absolutus sum, sed quod conducibilem etiam

legem tuli, et ipsa experientia comprobatam. Nam cum totius belli tempore classes ex mea lege mitterent, nullus unquam trierarchus supplex fuit, ut oneratus, nullus in Munychia sedit, nullus a classiariis vinctus est, nulla triremis neque foris ob tarditate periit Reip., neque domi relicta fuit, quæ ire non posset. At veteribus legibus hæc omnia fiebant, et in causa erant pauperes, qui dire munera n. poterant. Multis sane facultates deerant. Ego vero cum a pauperibus ad divites transtulissem trierarchias, omnia rite fiebant. Enim vero hoc ipsi etiam laudem mereor, quod omnia ejus generis munia mihi delegi, unde ad Remp. simul, et gloria, et honos, et copiæ redibant, quodq. nihil invide, nihil acerbe, nihil malitiose gessi, aut abjecte, aut contra urbis dignitatem, et eumdem esse meum animum constabit, et in urbanis administrationibus, et in Græcorum negotiis. Neque enim in Rep. locupletum gratiam

Demosthenis integritas in gerenda Republica.

prætuli

proestuli defensioni multitudinis, neque in rebus Graecorum Philippi munera, et hospitium pluris feci, quam communes Graecorum utilitates omnium. Reliquum nunc esse mihi puto, ut de praeconio dicam, et rationibus referendis. Nam et optima fecisse me, et perpetuo vestri esse studiosum, satis ex his quae dicta sunt, a me ostensum esse existimo. Tametsi actionum in Resp. factorumque meorum partem maximam praetereo, existimans primum ordine mihi ad violatarum legum crimen esse respondendum, deinde tametsi de reliquis administrationibus nihil dixero quis vestrum tamen omnium conscientiam pro me loqui. Ac verba quidem quae iste sursum, et deorsum permiscendo de violatis legibus faciebat, ita me dii ament, neque vos percepisse arbitror, neque ipse potui pleraque intelligere. Simpliciter autem recta via de jure disputabo. Ego tantum absum ab eo, ut dicam, me non esse obnoxium, id quod iste modo

Transitio ad praeconium.

Obscuritas verborum Aeschinis.

Administrationum, et donationum causa obnoxius referendis rationibus.

modo subinde exagitabat, et inculcabat/ ut p omnem vitam obnoxium esse me fatear reddendę rationi eorum, quę administrarim, aut gesserim apud vos, sed eorum, quę de meo pollicitus, et largitus sum populo, nullum me diem obnoxium esse affirmo. Audis Aeschine? neque alium quemquam, etsi novem virorum aliquis fuerit. Quę enim lex est tanta iniquitate, et humanitate referta, ut aliquem liberalitate usum, et gratia spoliet, et calumniatores ducat, illosq. rationibus alienę liberalitatis exigendis pręficiat? nulla certe. Quod si quam iste esse ait, ostendat ea ego acquiescam, et tacebo, sed nulla est, Athenienses. At iste calumniator, tum quod theatralis pecunię curator, largitus sum pecuniam, eum inquit obnoxium laudavit Senatus, non scilicet ob eorum quicquam, quorum rationes referendę mihi erant, sed ob ea, quę largitus sum o calumniator. Sed et murorum inquit instaurator fuisti, et ob hoc ipsum recte lau-

ab iniquo.

Laudatus non ob administrationem, sed propter liberalitatem.

laudabar, quod impensas de meo sum largitus, et non expensas tuli. Expensi enim tabulę, rationes, et inquisitores sequuntur, donatio autem gratiarum actionem, et laudationem meritò consequitur. Quapropter hic ea de me scripsit. Atque hęc ita se habere, et non tantum legibus, sed vestris etiam moribus esse definita, ego facile multifariam ostendam. Primum Nausicles,

Ab exemplis. dum cum imperio fuit, sępe a vobis corona donatus est ob privatam liberalitatem. Deinde cum Diotymus clypeos dedit, atque iterum Charidemus, coronis ornati sunt. Etiam Neoptolemus hic, cum fuerit multis operibus prefectus, propter ea quę de suo largitus est, honoribus est affectus. Nam id quidem indignum esset, si cui Magistratu aliquo fungenti, aut largiri sua Reip. propter magistratus non liceret, aut pro datis non recipienda gratia, sed ratio reddenda esset. Hęc ut vere

à

a me dici constet, cape ipsa decreta de his facta, et mihi recita. Recita.

Decretum. Pistor fuit Demonicus Phlyensis 6. Cal. Septembris, cum de sententia Senatus, et populi Callias Phrearius dixit, placere Senatui populoq. corona donare Nausiclem armamentario praefectum, quod, cum Athenienses legionarii bis mille essent in Imbro, et Atheniensibus insulam incolentibus opem ferrent, cum Phialo quaestor designatus, propter tempestates navigare non posset, et stipendia solvere militibus, de suo numeravit, et populo expensa non tulit, et proclamandam esse coronam bacchanalibus novis Tragoediis. Nausicles

Decretum. Dixit Callias Phrearius Cos. de sententia Senatus referentibus: postquam Charidemus cum legionibus Salaminem missus, et Diotimus magister Equitum, in conflictu ad fluvium militibus quibusdam ab hostibus spoliatis privatis sumptibus adolescentes Charidemus. Diotimus

armarunt

armarunt clypeis octingentis: placere senatui populoq; ut donent Charidemus, et Diotimus aurea corona, et proclament Panathenæis magnis in gymnico certamine, et bacchanalibus tragediis novis. Proclamatio autem curæ sit sexviris Coss. agonothetis. Horum singulis, Aeschine, magistratus quem gesserant, rationes referendæ erant, ob ea propter quæ coronabantur, ni item. Proinde nec mihi. In simili enim causa simile mihi cum aliis jus quoque tribuendum est. Largitus sum, et propterea laudor, neque propter ea quæ de meo dedi, sum obnoxius, in magistratu fui, et de eo rationes retuli, non de iis quæ largitus sum medius fidius. At male gessi magistratum! cur vero tu, qui aderas cum me quæstores introducerent, non accusabas. Ut autem sciatis istum ipsum testificari mihi, me ob ea esse corona donatum, propter quæ rationes reddendæ

Se non male gessisse Magistratum

reddendę mihi non fuerunt, cape et recita totum Decretum de me factum. Quod enim senatusconsultum non accusavit, eo ipso calumniatorem eum agere accusatione sua, constabit.

Decretum Pistore Euthycle 5. Cal. Novembris tribu presidente Oeneia, Ctesipho Leosthenis F. Anaphlystius dixit: Cum Demosthenes Demosthenis F. Pæaniensis muris reficiendis curator factus, tria talenta de suo in opus insumpta donavit populo, et theatrali pecuniæ Præfectus, largitus est ex omnibus Tribubus iis, qui theatrali pecunia fruuntur, centum minas ad sacrificia, placere S. P. Q. A. laudare Demosthenem Demosthenis F. Pæaniensem virtutis ergo, et bonitatis qua constanter utitur omni tempore in populum Atheniensem, et ornare corona aurea, et proclamare coronam in theatro bacchanalibus tragedis novis, preconium autem curę sit agonothetę. Quę igitur largitus sum, hęc sunt, quorum

tu

te nihil accusasti. Quæ vero Senatus pro his mihi tribuenda censet, ea tua quæ accusas. Quæ igitur data accipere, legitimum esse confiteris, pro iis relatam gratiam violatarum legum accusas? at homo profligatissimus, et Diis invisus, et re vera lividus, qualis erit per Deos? nonne talis? Jam qd ad

Præconium in theatro.

præconium in theatro attinet, sexcenties sexcentos esse proclamatos prætereo, et me sæpe ipsum prius esse corona donatum, sed Deum immortalem ita ne vecors, et stupidus Aeschine, ut intelligere nequeas, ei qui coronatur, eandem contingere felicitatem ubicunque corona proclametur, sed propter corona donantium utilitatem in theatro fieri præconium? nam quotquot audivere, hi ad bene de Republica merendum excitantur, et eos qui gratiam referunt, magis laudant, quam eum qui coronatur. Quapropter legem hanc Resp. tulit, sed ipsam cape mihi legem,

et

et recita.

Lex. Quos municipia quædam coronant, eorum coronarum præconia fiant in ipsis municipiis, nisi si quos ipse populus Atheniensis, aut Senatus coronat, eos vero liceat in theatro bacchanalibus proclamari. Audis Aeschine legem perspicue dicere, præterquam si quos populus aut Senatus corona ornaverit, hi vero proclamentur. Quid igitur o miser calumniaris? quid fabulas comminisceris? cur verabro te non purgas ob ista delira? neque erubescis invidiæ actionem instituere, non criminis alicujus, et leges alias immutare, alias mutilare, quas integras legi oportebat utique his, qui se ex legibus pronunciaturos jurarunt? Et cum ita te geras, recenses quæ inesse oporteat homini populari, tanquam statuam elocaris ex tabulis, eamque postea receperis non ita perfectam, ut tabulæ jubebant, aut tanquam è verbis et non è factis, et rebus gestis homines populares æstimens

Insectatio Calumniatoris.

mens, et vociferaris, fandaq. et nefanda nominas, tanquam de plaustro, quæ tibi, tuoq. generi insunt, non mihi.

Convicii, et accusationis Discrimen

Atqui et hoc ego Athenienses convicium ab accusatione differre existimo, quod accusatio crimina complectitur, quorum supplicia legibus constituta sunt: convicium autem maledicta, quæ pro sua quique natura inimici alii in alios dicere solent. Aedificata autem puto a majoribus hæc prætoria, non ut vobis è privatis ædibus in ea convocatis, nefariis maledictis alios alii proscinderemus, sed ut injurios in Remp. convinceremus. Quæ cum Aeschines æque mecum sciret, tamen agere, quam accusatorem maluit, sed hic quoque tamen par pari referre est æquum. Jam igit. eò veniam, si hoc prius interrogaro: Utrum te aliquis Reip. hostem, an meum esse dicat? meum nimirum. Cur igitur, ubi me horum vicem ex legibus ulcisci

Aeschines Reip. hostis non Demosthenis.

potuisses

potuisses, si quid deliquissem: neglexisti in relatione rationum, in accusationibus, in aliis judiciis? Ubi autem ego rebus omnibus sum innocens, legibus, tempore, præfinitione, præjudiciis sæpe numero prius hisce de rebus factis, innocentia mea subinde declarata: et existimationis sive plus, sive minus (sit in rebus publice factis) ad Remp. redire necesse est, ibi accusasti. Vide ne cum horum sis hostis, meum esse te simules. Postquam igitur quod sit pium, et justum suffragium, omnibus est ostensum, neque ut video (quamvis a conviciis natura abhorream) oportet propter coacervata istius maledicta pro multis, et falsis maxime necessaria de eo dicere atque ostendere, quis ille cum sit, et quibus ortus natalibus, adeo petulanter maledicere cæptet, et verba quædam exagitet, cum ipse ea dixerit, quæ quis est homo paulo moderatior, qui nominare non vereatur? Nam si Aeacus, aut Rhadamanthus, aut Minos esset

Recriminatio Aeschinis.

Sesquipedalia verba Aeschinis

accusator

Insitia. accusator, et non litiligator, rabula forensis, scriba perditus, eum talia fuisse dicturum non existimo, neque tam molesta verba conquisiturum, tanquam in tragoedia clamitantem, ô tellus, et sol, et virtus, et hujus generis alia, et rursus intelligentiam, et eruditionem, invocantem, qua honesta, et turpia discernant, haec enim utique dicentem cum audiristis. Quid vero tibi, aut tuis o sentina flagitiorum est cum virtute commercii? quaeve talium rerum dijudicatio? unde assecutus, qui eam dignitatem adeptus es? Est vero tibi fas eruditionis facere mentionem, qua qui vere perpoliti sunt, eorum nemo de se tale quicquam dixerit, sed vel alio dicente erubesceret, ii vero qui liberalis institutionis sunt expertes, ut tu, et prae ingenii stupore tamen simulanti id consequunt, ut auditores fastidio enecent, cum talia jactant, non ut tales esse videant. Quanquam autem copia non

deest

deest eorum quę in te dicam, tamen dubito cujus rei primum faciam mentionem, utrum illud dicam, patrem tuum Trometem servisse servitutem apud Elpiam, qui literas ad Thesei fanum doceret, crassis compedibus, et ligno vinctum? aut matrem tuam diurnas nuptias in fornice apud Calamitem heroem, celebrantem, te nobis elegantem istam imaginem, et summum histrionem edidisse? aut ut tibicen nauticus Phormio, Dionis Phrearrii servus, eam ab illo pręclaro quęstu revocavit? Sed ita me Jupiter, Diiq. omnes ament, vereor ne dum te digna dico, orationem me indignam instituisse videar. His igitur omissis ab istius ipsius vita primordium capiam. * Neque enim eorum fuit quorum fuit, sed eorum unus fuit, quos populus execratur. Nam sero tandem, sero inquam, heri quidem certe, et nudius tertius simul, Atheniensis factus est, et orator, ac duabus syllabis

Aeschinis Pater.

Mater

Aeschines adulterinus Civis

* ου δε γαρ ων ετυχεν ην.

bis additis, patrem pro Tromete fecit Atrometum: matrem autem perquam graviter Colaucotheam nominarit, quam Empusam omnes sciunt fuisse vocitatam, indito nimirum ex eo nomine, quod omnia et faceret et pateretur. Nam unde alioqui? Sed tamen adeo ingratus es, et improbus natura, ut liber è servo, et dives è mendico per hosce factus non modo gratiam eis non habeas, sed mercede conductus, his in gerenda Republica adverseris. Ac quae in controversia sunt, utrum ea pro Republica dixerit, omittam. Quae autem

Aeschinis facta contra Remp.

eum fecisse pro hostibus plane compertum est, ea in memoriam revocabo.

Antipho defensus

Quis vestrum ignorat, Antiphontem illum Civitate ejectum, qui Philippo pollicitus, se navalia vestra incensurum, in Urbem venit? Quem cum ego in Piraeeo occultatum cepissem, et

in

in concionem addusissem: clamitando invidus iste, et vociferando, me in populari imperio indigna facere, qui calamitosis Civibus insultarem, et ædes invaderem, effecit, ut sine decreto dimitterer. Quod nisi Senatus Areopagiticus, re animadversa, et vestram ignorantiam alieno tempore accidisse, conspicatus, hominem indagasset, et comprehensum ad vos redusisset: ereptus fuisset homo talis, citatoque supplicio, amissus per istum speciosum oratorem. Nunc vos eum quæstione habita, occidistis, quemadmodum sane et istum occisum oportebat. Itaque gnarus istius facinoris Senatus Areopagiticus, cum vos eum patronum Delphici templi misissetis, eadem ignoratione, qua multa vobis negotia publica elabuntur è manibus, ut eum etiam in consilium adhibuistis, decernendi tradita autoritate, istum statim repudiavit, ut proditorẽ,

Aeschines a Senatu Areopagitico improbatus.

et

et Hyperidi orationem mandarit, idq; ab ara ferens suffragia, fecit, neque ullum suffragium pro isto impuro latum est. Hæc ut à me vere dici constet, accerse mihi harum rerum testes.

Testes Testificant. Demostheni vice omnium hi: Callias Suniensis, Zeno Phlyensis, Cleo Phalereus, Demonicus Marathonius: cum populus aliquando designasset Aeschinem Patronum Delphici templi ad Amphictyones, nos in consessu judicavimus Hyperidem digniorem esse, qui pro Civitate orationem haberet, et missus est Hyperides. Proinde cum istum verba facturum Senatus repulerit, et id munus alteri mandarit, tum proditorem eum esse, tum vobis malevelle declaravit. Unum igit. hoc factum est, istius hominis generosi, non iis sane simile, quorum me accu

sat

sat. Jam alterum recordamini.
Cum Philippus Pythonem misisset Bizantium illum, et a sociis suis universis legatos una misisset, ut probro afficturus Urbem, et osten-surus eam derelinquere: tunc ego Pythoni insolescenti, et acriter in vos invehenti, non cessi, neque stationem deserui, sed surrexi, et respondi, et civitatis nostræ causæ n' defui, et Philippi injurias tam evidenter coargui, ut ejus socii ultro surgerent, et confiterentur. At iste illis aderat, et in patriam testimoniũ dicebat, idq. falsum. Neque hæc ei satis erant, quin denuò post hæc, cum Anaxino exploratore in Thrasonis ædibus congressus, deprehensus est. Atqui ab hostibus missum solus solum convenit, et cum eo consilia communicarit, is ipse natura fuit explorator, et hostis patriæ.
Atque hæc a me vere dici, ut appareat,

voca

voca mihi horum testes.

Testes Celedemus Cleonis F. Hyperides Callaeschri F. Nicomachus Diophanti F. testificant Demostheni, jurejurando adacti a ducibus, scire se, Aeschinem Atrometi F. Cothocidem convenisse noctu in aedes Thrasonis, et consilia communicasse cum Anaxino, qui judicatus fuit missus esse explorator a Philippo. Haec testimonia relata sunt Pictore Nicia, tertio nonas Junias. Infinita alia, quae de eo referre possem, praetermitto. Nam ita omnino se res habet. Multa ego hujus generis etiam nunc possem ostendere, in quibus iste illis temporibus, et hostibus inservire, et insultare mihi deprehensus est. Sed ea vos non diligenter memoriae mandatis, neque ea qua conveniebat iracundia, prosequimini, et prave cuidam con-

παρά-λειψις et querela de levitate Atheniensium.

sue-

suetudini multum licentiæ dedistis, ut cuilibet liceat vestris utilitatibus patrocinantem supplantare, et calumniari, voluptatem, et suavitatem audiendi convicia, publicæ utilitati præferentes. Quapropter facilius est, et semper tutius, hostibus inserviendo locare operam, quam eam in Reip. diligere stationem, qua vestra commoda propugnere. Ac ante bellum aperte Philippum defendere, grave quidem certe fuit, o tellus, et dii: quis enim neget? contra patriam. sed date si vultis, date ei hoc, sed cum spoliatis jam palam navibus, vastata Chersoneso, homo atticam invaderet, neque jam dubiæ res essent, sed bellum impenderet, quid pro vobis unquam egerit invidus iste, jambographus ostendere non poterit, neque extat ullum vel majus, vel minus decretum, factum ab Aeschine pro utilitate Reip.

O perniciosam stultitiam.

Concessio

Belli tempore nihil actú ab Aeschine pro utilitate Reipublicæ.

Dilemma.

Resp., sin aliquod extare dicit, o=
stendat nunc ad meam aquam,
sed nullum extat. Alterutrum au=
tem necesse est, eum aut qui nihil
eorum, quæ tum a me agebantur posset
reprehendere, non alia præter ea
scripsisse, aut quod hostium commo.
dis studeret, non in medium his
protulisse meliora. Sed non dicebat,
credo, neque scribebat, cum vobis
aliquid mali dandum esset? Imo
nemini alii dicendi locus erat. Ac
cætera quidem Resp. ferre poterat, ut
apparet, quæ iste clam faciebat, unum
autem perfecit ejusmodi Athenien
ses, quod cæteris omnibus fastigium
imponeret, in quo magnam oratio.
nis suæ partem contumpsit, Am
phissensium Locrorum decreta
recensendo, spe pervertendæ veritatis.
Id vero non ita est. Nam qui fieri
possit? multum certe abest, neque
tu unquam elues ea, quæ illic egisti.

Belli
Amphis-
sensis
autor
Aeschi-
nes.

non

non adeo multa dices. Advoco autem in conspectu vestro Athenienses, Deos, Deasq. universos, qui terram Atticam tenent, et Apollinem Pythium, qui est huic urbi patrius, et hos omnes precor, ut si vera nunc apud vos dixero, et tunc statim pro concione dixi, cum primum vidi impurum istum eam rem aggredi, cognovi enim statim cognovi, ut mihi felicitatem tribuant, et salutem. Sin ex odio, aut propter privatam simultatem, crimen isti falsum impingo, ne me ullius boni fructum capere patiantur. Cur vero haec imprecatus sum, tamq. vehementer asseveravi? quod cum et tabulas in Curia repositas habeam, quibus haec possum aperte ostendere, et vos rem meminisse sciam, illud vereor, ne iste minor, quam qui tantum dare malorum potuerit, existimetur, quod prius accidit, cum mise-

Imprecatio

ris

nis Phocensibus internecionis fuit autor falsa hic renunciando. Nam bellum Amphissense, propter quod ad Elatiam venit Philippus, et propter quod Amphictyonum dux designatus fuit, quæ res universam Græciam evertit, is est qui excitavit, et omnium unius vir maximorum autor malorum, et tum statim me testificante, et clamitante in concione: Bellum in Atticam introducis Aeschine bellum Amphictyonicum alii qui advocati cum eo considebant, me concionem habere vetabant, alii demirabantur, et inane crimen propter privatam simultatem inferre me ei putabant. Quæ autem natura fuerit rerum illarum, et qua de causa instructæ illæ fuerint, et quomodo gestæ, nunc audite, quando cum audire vobis non licuit. Negotium enim probe concinnatum videbitis

Consilium Philippi exponit de excitando bello Amphictionico.

et

et magnas utilitates ad cognitionem rerum communium capietis. Et quanta fuerit in Philippo calliditas, spectate. Belli vestri finis, aut exitus nullus erat Philippo, nisi Thebanos, et Thessalos hostes effecisset Urbi, et quantumvis misere, et male vestri duces cum eo bellarent, tamen ab ipso bello, et praedonibus infinitis malis vexabatur. neque enim e ditione ejus quicquam quod ibi nasceretur, vel exportabatur, vel importabatur, quo ipse indigebat. neque vero erat eo tempore mari vobis potentior, neque in Atticam venire poterat, si nec Thessali eum sequerentur, nec Thebani transitum darent. Usu veniebat autem ei qualescumque duces missos a vobis (omitto enim hoc) praelio superanti, ob ipsam loci naturam, et utrorumque facultates, ut male tractaretur. Quare si suarum causa inimicitiarum, sive

Thessalis

Thessalis, sive Thebanis suaderet, ut vos invaderent, neminem sibi obtemperaturum putabat, sin per speciem communis causæ illorum dux designaretur, facilius sperabat se alia fraude, alia persuasione consecuturum. Quid igitur instituit? spectate quam bene, bellum excitare iterum Amphictyones, et de Pylæa tumultum, ad ea enim statim putabat eos ipsius opem requisituros, cujus belli, si quis vel a se missus assessor, vel suorum sociorum autor esset, rem fore suspectam putabat, et Thebanos, et Thessalos, et omnes fore cautiores. Sin Atheniensis, et a vobis esset suis adversariis, qui id ageret facile clam futurum id, quod accidit. Quo igitur ea pacto confecit? Conducit istum. Nemine autem rem, ut opinor, præsciente, aut cavente, quem-

Aeschinis acta, cum legatus in Pylas isset.

ad-

admodum apud vos talia fieri solent/ designatus iste Pylagoras, et tribus quatuorve suffragatis, renunciatus est. Ut autem assumpta Reip. nostrę auctoritate ad Amphictyones venit, aliis rebus omnibus relictis, et despectis, ea confecit, propter quę conductus erat, et verbis speciosis, et fabulis, unde Cyrrheus ager consecratus esset, compositis, atque commemoratis, hominibus eloquentię non assuetis, et futura non prospicientibus assessoribus persuadet ut decernerent obeundum esse agrũ, quem se Amphissenses ut suum fundum colere dicebant, iste autẽ ad consecratam Regionem pertinere criminabat/. Locrensibus nullam mulctam nobis imponentibus, neque ea, quę nunc iste p mendacium causatur, postulantibus. Quid inde cognoscetis? Haud licebat utique Locrensibus, non citata nostra Urbe,

judiciũ

judicium contra nostram urbem
exequi. Quis igitur vos citavit? quo
praeditus magistratu? dic, quis sit
conscius? ostende. Verum haudquaquam
quam poteris, sed inani isto praetextu
abutebaris, et falso. Obeuntibus
autem agrum Amphictyonibus
de sententia istius, facto impetu
Locrenses, parum abfuit, quin uni-
versos jaculis conficerent, quosdam
etiam comprehenderunt legatorum.
Ut vero semel ex his querimoniis
et bellum Amphissenses adversus
conflatum est, primum Cottyphus
ipsorum Amphictyonum duxit exer-
citum. Ut autem alii non venerunt,
alii qui venerant, nihil egerunt,
insequente conventu ad Philippum
statim ducem referebant subornati,
et olim scelerati quidam è Thessalis,
et aliis oppidis, et causas probabiles
habebant, aut enim ipsis tributa

Philippus creatus Imperator Amphictyonum.

con-

conferenda, et alendum peregrinum militem dicebant, et puniendos, qui facere id recusarent, aut illum ducem eligendum. Quid multis? sic creatus est Imperator: et post hæc collecto statim exercitu, progressus tanquam ad Cyrrhaeum agrum multum valere jussis, et Cirrhais, et Locrensibus, Elateam occupat. Quod nisi statim Thebani, mutata sententia, se vobiscum conjunxissent, tanquam torrens universa belli moles in urbem nostram irruisset. Nunc /tum quidem/ cum illi subito coercuerunt, idque factum est cum primis. Athenienses numinis alicujus benignitate erga vos, post autem, et quantum in uno viro est, mea quoque autoritate. Da vero mihi decreta ista, et tempora, quibus horum quidque factum est ut sciatis, quantis rebus turbatis, nefarium istud caput pœnas non dederit. Elatea occupatio.

Recita

Recita decreta.

Decretum Amphictionum.

Sacerdote Clinagora, verno conventu, visum est Pylagoris, et assessoribus Amphictyonum: quod Amphissenses sacrum agrum invadant, et conserant, et armentis depascant: Pylagoris, et assessoribus in rem praesentem veniendum, et columnis limites dirimendos, et interdicendum Amphissensibus, ne in posterum invadant.

Aliud Decretum Sacerdote Clinagora, verno conventu, visum est Pylagoris, et assessoribus Amphictionum, et communi Amphictyonum, quando Amphissenses sacrum agrum inter se partiti colant, et armenta in eo pascant, et cum id facere prohiberent, armata manu progressi, commune Graecorum concilium vi repulerint:

quondam

quosdam etiam vulneribus affecerint, et Ducem creatum ab Amphictyonibus Cottyphum Arcadem: legationem ad Philippum Macedonē mittendam, et petendum, ut opituletur et Apollini, et Amphictyonibus, ut ne patiatur ab impiis Amphissensibus Deo fraudem fieri, atque Eum Dictatorem creari a Graecis, qui jus habeant Concilii Amphictyonum. Age recita, et tempora, quibus haec facta sunt, fuere etiam ea, quibus iste Pylagoram egit. Recita.

Tempora Pylator Mnesithides 16 Cal. Decembris. Age da mihi literas, quas, ut non parebant Thebani misit ad Peloponnenses socios Philippus, ut etiam ex iis perspiciatis, veram causam rerum quae erat, ut illa quae contra Graeciam, et Thebanos, et vos moliretur, occultaret, seq. communia Decreta

am=

Amphictyonum exequi simularet. Qui vero eas occasiones, et praetextus ei suppeditarat, iste fuit. Recita.

Literæ Philippi. Rex Macedonum Philippus Peloponnensium foederatorum magistratibus, et assessoribus, et aliis sociis omnibus. S. Quoniam Locrenses, qui Ozolæ nominantur, atque Amphissam incolunt, in delubrum Apollinis Delphici delinquunt, et sacrum agrum armata manu progressi depraedantur: Deo, vobis adjutoribus, opem feram, et ulciscar eos, qui jus gentium, et Religionem violarunt. Quare armati nobis occurrite in Phocide, allato commeatu quadraginta dierum, praesenti mense Loo, ut nos habemus, ut Athenienses Boedromione, /sextili/ ut Corinthii, Panemo. Qui se autem nobiscum non conjunxerint, * eos hostium

* πανδημεὶ, χρησόμενοι
[margin note: * παν-δημει, χρησο-μενοι]

numero habebimus, eos autem qui nostris consiliis non paruerint, mulctabimus. Valete. Videtis cum fugere suas causas, et in Amphictyonicas confugere? Quis igit illis concinnandis adjutor? quis causas suppeditavit? quis malorum quæ inciderunt potissimus autor? nonne iste? Ne igitur passim dicatis Athenienses, ab uno homine Græciam esse talia perpessam, non ab uno, sed a multis, atque improbis in singulis Urbibus, proh divûm fidem, atque hominum, quorum iste unus est, quem (si verum libere dicendum sit) non dubitarim ego communem pestem eorum quæ postea perierunt omnium, dicere, hominum, locorum, Urbium. Qui enim semen præbuit, is enatæ segetis malorum est autor, quem quî non e primo statim aspectu sitis aversati, demiror. Sed magnæ, ut apparet, apud vos tenebræ sunt objectæ veritati. Accidit autem

Aeschines malorum autor.

Semen malorũ.

Veritas involuta tenebris.

Demosthenis acta contra Aeschinem

autem mihi, facinora illius contra patriam designata aggresso, ut ad ea pervenerim, quę illi adversatus ego in Rep. gessi, quę cum multis de causis merito ex me audietis, tum vero, quod turpe est, Athenienses, cum ego res ipsas laborum vestra causa suscep̄torum sustinuerim, vos nec verba de rebus velle sustinere. Cum enim ego

Conciliatio Thebanorum et Atheniensium.

viderem Thebanos, atque adeo vos quoque propemodum a Philippi procuratoribus, et hominibus apud utrosq. corruptis adductos, et id quod utrisque erat formidabile, magnamq. cautione requirebat, ne potentiam Philippi crescere sineretis, negligere, nec ullam ea de re cavenda suscipere curam, et ad inimicitias mutuasq. simultates propendere: hoc ut ne fieret, perpetuo cavebam, non meapte duntaxat prudentia ea conferre existimans, sed gnaris Aristophontem, et rursus Eubu-

lu

lum, omni tempore conciliare voluisse illam amicitiam, et cum aliis de rebus sepe inter se dissentirent, in hoc semper concordasse: quos tu viventes, o vulpecula assentans sectabare: defunctis obtrectare non erubescis. Nam quod me de Thebanis accusas, illos multo magis, quam me accusas, qui ante me societatem illam probaverunt. Sed illuc redeo. Amphissensi bello per istum excitato, et inimicitiis adversus Thebanos per alios ejus adjutores perfectis, accidisse, ut Philippus nos aggrederetur, qua de causa isti urbes inter se committebant. Quod nisi paulo ante evigilassemus, ne recuperare quidem vires licuisset, eo usque isti rem perduxerant. Ut vero alii in alios fueritis animati, his decretis auditis, et responsionibus scietis. Age, cape hæc, et lege.

Aristophon
Eubulus

Decreta de Philippi conatibus prohibendis

Decretum Heropytho Pytore IV Cal. Martias tribu præsidente Erechtheia, de

de sententia senatus, et ducum Quoniam Philippus oppida quædam finitima occupavit, quædam populatur, atque in summa, ad Atticam invadendam se instruit, fœdus nostrum pro nihilo ducens, et jusjurandum solvere instituit, et pacem, fidem mutuo datam frangens, placere senatui, populoq; ut legati ad eum mittantur, qui cum eo agant, et eum hortentur potissimum, ut concordiam nobiscum factam, et pacta tueatur, sin minus, ut spacium deliberandi præbeat Reip. et inducias usque ad mensem aprilem proroget. Lecti sunt è senatu Simus Anagyrhasius, Euthydemus Phliasius, Bulagoras Alopecensis.

Aliud Decretum Heropytho Prætore pridie Cal. aprilis de Belliducis sententia. Quoniam Philippus Thebanos alienare a nobis instituit, itaque se paravit, ut in Atticæ loca proxima cum

omni

omni exercitu ingrediatur, in quo fœdus, quod ei nobiscum intercedit, violat, placere senatui populoq; ut ad eum mittantur caduceator, et legati, qui petant, et eum hortentur, ut inducias faciat, ut e re nata populus deliberet. * Nunc enim eum non instituisse opem ferre in ulla re moderata. Lecti sunt e senatu Nearchus Sosinomi F. Polycrates Epiphronis F. et caduceator Eunomus Anaphlystius e populo. Recita etiam responsa.

* νῦν γὰρ ἐγκεχειρηκέναι βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων.

Responsa data Atheniensibus.

Rex Macedonum Philippus S. P. Q. Atheniensi S. Quo animo fueritis erga nos ab initio affecti, non ignoro, et quid studio habeatis, conjungere vobiscum Thessalos, et Thebanos, atque adeo Bœotios etiam cupientes. Qui cum saniores sint, et vestram amplecti sectam, vobisq. subjicere se recusent, atque a parte utilitatis stent, nunc mutata sententia, missis

legatis

legatis, et caduceatoribus, pactionem mentionem facitis, et inducias petitis, nulla per nos injuria lacessiti. Verum tamen ego legatis auditis, annuo postulatis, et paratus sum facere inducias, si eos qui vobis non recte consulunt, repudiatos, ea qua digni sunt ignominia mulctabitis. Valete.

Responsa data Thebanis. Rex Macedonum Philippus S. P. D. Thebanis S. Accepi literas vestras, quibus concordiam, et pacem mecum factam renovatis, sed tamen audio Athenienses omni studio contendere, ut ipsorum decretis suffragemini. Ut igitur prius vos accusabam, quod spem, quam illi faciebant, essetis amplexuri, et eorum institutum secuturi, ita nunc posteaquam intellexi, malle vos pacem nobiscum factam tueri, quam aliorum sequi sententias, sum delectatus, et vos cum multis nominibus

laudo

laudo, tum eo potissimum, quod et tutiora consilia sectamini; et benevolentiam erga nos retinetis. Quod non parum vobis momenti allaturum puto, si in isto instituto perseverabitis. Valete. Ita concitatis inter se Urbibus Philippus istorum opera, et his decretis elatus, et sponsionibus, adventavit cum exercitu, et Elateam occupavit, tanquam, etiamsi quid accidisset, non jam conspiraturis vobis, et Thebanis. Verum qui tumultus in Urbe tum fuerit excitatus, nostis omnes, pauci tamen audite cognitu maxime necessaria. Vespera erat, venit autem quidam ad consules, Elateam esse occupatam nuncians. Post hæc alii a cœna surgentes, et circumforaneos è tabernis expellebant, et crates incendebant, alii duces accersebant, et tubicinem vocabant, tumultu denique referta erat Urbs, postridie primo diluculo consules Senatum in curiam vocabant.

Trepidatio Atheniensium occupata a Philippo Elatea.

vos

vos autem in concionem ibatis, ac
priusquam senatus referret, ac decer-
neret, universus populus animo su-
spenso sedebat, et post ut ingressus
fuit senatus, et consules ea quę ipsis
nunciata fuerant, proposuerunt, et
nuncium produxerunt, isq; nunciavit:
pręco rogabat, Quis concionem habe-
re vellet? nemo prodibat, sępius ro-
gante pręcone, nihilo magis surge-
bat quisquam, pręsentibus omnibus
ducibus, omnibus oratoribus, et com-
muni patrię voce requirente aliquem,
qui de Urbis incolumitate dissereret.
Quam enim pręco vocem ex instituto
legum edit, hęc jure communis est
totius patrię vox existimanda. Quod
si surgendum fuisset, iis qui Remp.
salvam voluissent, omnes vos, cęteriq.
Athenienses consurrexissetis, et ad sug-
gestum accessissetis, omnes enim satis
scio, incolumem esse eam voluissetis,

Demosthenis tacentibus omnibus aliis salutare consilium.

sin

sin ditissimis, trecentis, sin quibus
utraque hęc suppetebant, ut et Reip.
consultum cuperent, et divites essent,
iis qui postea magna largiti sunt
id quod propter et benevolentiam et
divitias fecerunt. Sed ut apparet illud
tempus, et illa dies non modo bene
cupientem, et locupletem virum postu-
labat, sed et in rebus illis ab initio
versatum, et recte meditatum, qua gra-
tia Philippus illa ageret, et quid sibi
vellet. Quas res qui ignorabat, et non
multo ante pervestigarat accuratè
sive benevolus, sive dives esset, nihilo
magis sciturus erat, quid aut agendum
aut suadendum vobis esset. Is igitur
eo die ego extiti, et progressus ad vos,
ea dixi, quę me referentem duabus
de causis attente audiatis velim, tum
ut sciatis me solum ex oratoribus, et
in Rep. versantibus benevolentię munus
in periculis non deseruisse, sed ex officio
boni civis et dixisse et scripsisse pro vo-
bis

bis in ipsa trepidatione, quę opus fuerint, tum quod exiguo impenso tempore ad reliqua Reip. munia multo citius instructiores. Dicebam igitur, qui nimis illud formidarent, quod Thebani Philippo amici essent, eos videri mihi pręsentia negotia non intelligere, satis enim scire me, si id ita se haberet, nos eum non Elateę sed in nostris versari finibus, [illegible] ditcaros, verum ubi res Thebanas composuisset, eum huc venturum esse, me compertum habere. Ut autem hęc inquam se habeant, audite me. Ille quoscunque Thebanorum vel allicere pecunia, vel decipere licuit, paratos habet. Eos autem qui principio illi restiterunt, et adhuc adversantur, nequaquam commovere potest. Quid igitur sibi vult? et quamobrem Elateam occupavit? ut è vicinia ostenso exercitu, armisq. admotis, et suos amicos confirmaret, atque erigeret, et

ad-

adversarios percelleret, quo aut præ metu, ea quæ nunc nolunt, concederent, aut cogerent. Quod si igitur, inquam, in præsentia, si quæ re Thebani vos offenderunt, ejus meminisse, et eis, ut qui cum hostibus faciant, diffidere instituemus, primum quod optavit Philippus, faciemus. Deinde vereor, ne illi qui nunc ei adversantur, cum eo se conjungant, et omnes uno animo Philippo studeant, atque in Atticam veniant utrique. Verum si mihi parebitis, et in iis quæ dicero considerandis potius, quam exagitandis eritis occupati arbitror fore, ut et recta dicere videar et imminens Reip. periculum propulsem. Quid igitur faciendum esse censeo? primum præsentem metum remittendum, deinde mutata sententia Thebanis esse metuendum, ut qui cladibus sint multo propiores, et periculo priores expositi. Tertio loco juventutem, et equites Eleusina esse educendos, ut

ostendatis

ostendatis omnibus vosmetipsos esse in armis, et ut qui Thebis vobiscum faciunt, pari libertate suam tueri causam audeant, cum sciant, quemadmodum iis qui Patriã Philippo vendunt, præsto est Elateæ qui opituletur exercitus, sic libertatis assertoribus, vos paratos esse ad ferendum auxilium, si quis eos invaserit. Post hæc decerni jubeo decem legatos, et iis cum ducibus permittendum, et quando sit illuc veniendum, et quando hinc abeundum. Sed ubi Thebas legati venerint, quomodo rem hanc administrabitis? magnopere moneo, ut mihi auscultetis, neque a Thebanis quicquam postuletis. Est enim id hoc tempore alienum, sed polliceamini vos opem laturos si jusserint, quod et ipsi in extremo discrimine versentur, et vos melius quã illi ventura prospiciatis, ut si hæc

admiserint

admiserint, et nobis paruerint, et quæ volumus consecuti fuerimus, ea etiam pro dignitate nostræ Reip. conficiamus, sin forte voto frustrari contigerit, illi semetipsos accusent, siquid nunc deliquerint; nos autem nihil turpe, aut humile egerimus. His et similibus dictis, descendi. Quæ cum collaudassent omnes, et nemo quicquid contra dixisset, non hæc ita dixi, ut non scriberem, neque ita scripsi, ut legationem non obirem, neque legationem ita obii, ut Thebanis non persuaderem, sed ab initio ad finem usque sum omnia persecutus, et me vestra causa in imminentia Reip. pericula conjeci. Age profer mihi decretum, quod tum factum est. Jam vero quem vis Aeschine te, et quem me ipsum illo esse die ponam? vis me quidem eum, quem tu per convicium et contumeliam Battalum voces? Te vero, heroem, nec eum vulgarem,

Collatio actionum Aeschinis et Demosthenis.

sed

sed illorum aliquem, qui in scena celebrans, Cresphontem, aut Creontem aut quem aliquando in Colytto Oe nomaum male repraesentando contrivisti? Illo igitur tempore Paeaniensis ego Battalus, me praestiti Patriae utiliorem, quam tu Cothocides Oenomaus. Tui nullus uspiam fuit usus, ego vero quae bonum Civem decent, feci omnia. Recita decretum.

Decretum Demosthenis. Pretore Nausicle, tribu praesidente Ajacia 17 Cal. Junii Demosthenes Demosthenis F. Paeaniensis dixit: Quoniam Philippum Macedonum Regem superiori tempore conditiones pacis cum populo Atheniensi factae, violasse constat, despecto jurejurando, et apud omnes Graecos usitato jure, et urbes intercipere nihil ad se attinentes, quasdam etiam, quae Atheniensium fuerint, expugnatas cepisse, nulla

à

a populo Atheniensi lacessitum injuria, et in praesentia longe grassari vi, et crudelitate. Nam, et quaedam Graeca oppida praesidiis tenet, et Respublicas abrogat, quaedam etiam excindit, et cives sub corona vendit, in quaedam etiam ejectis Graecis, barbaros collocat, in fana, et monumenta majorum inductos, in quo nihil sane alienum facit vel patria sua vel moribus, et praesente hac sua fortuna importune utitur, oblitus sui, qui è parvo, et quolibet factus sit insperato magnus. Ac dum oppida eum videbant intercipientem Barbara, et privata, minus in se delinqui putabat populus atheniensis, nunc vero videns Graecarum Urbium alias indigne tractari, alias everti, iniquum esse censet, et gloria majorum indignum, committere, ut Graeci servitute opprimantur. Itaque visum est Senatui, populoque Atheniensi, ut votis

nuncupatis

nuncupatis, et sacris peractis, Diis, et heroibus Urbis tutelaribus, et ditionis Atheniensium, et revocata in memoriam virtute majorum, qui pluris fecere defensionem Græciæ libertatis, quam suam patriam, ut ducentæ naves in mare protrahantur, et navarchus intra Pylas appellat, et dux, et magister equitum, pedestres, et equestres copias Eleusinem educant, et ut legati mittantur ad cæteros Græcos, ac primum omnium ad Thebanos, propterea quod Philippus agro illorum est proximus, qui eos cohortentur, ut a Philippo non perterrefacti suam, et aliorum Græcorum libertatem defendant, et indicent, populum Atheniensem, obliterata veterum, si quæ inter Urbes intercesserint, offensarum memoria, opem laturum et copiis, et pecunia, et telis, et armis, qui sciat ipsis inter se contendere de principatu, cum Græci sint, præclarum esse.

homini autem alienigenæ parere, et
principatu spoliari, indignum esse
Græcorum gloria, et virtute majorum.
ad hæc nec alienum sibi ducere popu
lum Atheniensem Thebanorum popu
lum, vel cognatione * vel gentilita- * πεῦ
te, et recordari majorum suorum col- ὁμοφυ-
lata in Thebanorum majores beneficia, λεῶ
cum et Herculis liberos, qui Patrio Im
perio a Peloponnensibus spoliarent,
restituerint, bello devictis iis, qui con
tra venire conabant Herculis liberis,
et nos Oedipum, ejusq. comites ejectos
suscepisse, et multa humanitatis, et
celebrata officia præstitisse Thebanis.
Quamobrem ne nunc quidem populum
Atheniensem Thebanorum cæterorumq.
Græcorum commodis defuturum, et pa
cisci cum eis de ineunda, et societate,
et affinitate, et jurejurando dando, et
accipiendo.
<u>Legati</u>. Demosthenes, Demosthenis
F. Pæaniensis, Hyperides Cleandri F.
Sphettius

Aeschines non suasor agendarum, sed calumniator actarum rerum.

Sphettius, Mnesithides Antiphanis F. Phrearrius, Democrates Sophili F. Phlyensis, Callaeschrus Diotimi F. Cothocides. Hoc Thebanarum rerum fuit initium, haec prima constitutio, cum ante in inimicitias, et odium, et diffidentiam per istos impulsae essent Civitates, hoc decretum effecit, ut tum impendens Reip. periculum, tanquam nubes praeteriret. Fuisset igitur boni Civis tum ostendere omnibus, si quid his haberet melius, non nunc reprehendere. Consiliarius enim, et calumniator, cum nulla re alia inter se sint similes, tum hoc maxime differunt, quod ille ante res sententiam dicit, et se reddit obnoxium iis, qui paruerint, fortunae, temporibus, cuilibet, hic cum dicendum fuisset, tacuit, si quid adversi accidit, id exagitat. Illud igitur, ut dixi, tempus fuisset viri solliciti de Rep., et de habendis justis orationibus. Ego vero tam prolixe ago, ut si quis nunc aliquid

melius

melius proferre potest, aut si quid omnino fieri potuit aliud, quam ea, quæ ego delegi, me injurium esse confiteor, si quid enim est, quod nunc aliquis vidit, quod tum fieri profuisset id ego me fateor ignorare non debuisse. Si vero neque est, neque fuit, neque dicere quisquam vel hodie possit, quid consiliario fuit agendum? non eorum quæ esse viderentur, quæque darent optima eligenda? At ego id feci, præcone rogante Aeschine, quis concionari vellet? non, quis præterita criminari? nec quis præstare vellet futurorum eventum? Cum vero tu mutus illis temporibus in concionibus sederes, ego progressus verba feci. Sed quoniam id tum non fecisti, nunc saltem ostende, dic, quænam aut oratio, quæ fuerit invenienda, aut quæ Reip. utilis occasio fuerit a me prætermissa? quæ societas? quæ actio, ad quam hi potius incitandi mihi fuerint? Atqui præterita missa fieri solent semper ab omnibus, neque de iis usquam quisquam

deliberationem

Non eventus spectandus, sed animus.

deliberationem instituit, sed aut futuro, aut praesentia consiliarii munus requirunt. Tum vero cladium alii impendebant (ut apparebat) alii jam aderant. In quibus institutum meanum administrationum spectare, non eventum calumniari debes. Rerum enim omnium exitus talis est, qualem Deus esse voluit. Ipsum vero propositum consulentis animum declarat. Ne igitur id injuriae loco mihi numeres, si ita contigit, ut Philippus praelio victor esset. Ejus enim rei finis in Dei voluntate non penes me fuit. Sed me non omnia, quae humano provideri consilio possent, exquisivisse, nec ea recte, et diligenter egisse, et industria majore, quam pro viribus, aut non praeclaras res, et e dignitate Reip. instituisse, et necessarias, haec mihi cum ostenderis, tum demum accusa. Si autem delatum fulmen, aut tempestas, non modo Vobis, sed omnibus etiam

alii

aliis Græcis major fuit, quid erat faciendum? Perinde id quidem fuerit ac si quis navicularium, qui incolumitatis causa fecisset omnia, et navigium rebus omnibus adornasset, quas ad ejus conservationem facere putabat, postea tempestate conflictatum, et fatiscentibus ei aliquibus instrumentis, aut prorsus etiam confractis, naufragii criminaret; sed neque gubernavi navim inquiet quemadmodum nec ego exercitum duxi, neque fortunæ fui dominus, sed illa Domina est omnium. Jam illud considera, et vide, si nobis Thebanis adjutoribus, is prælii exitus in fatis fuit, quid fuisset expectandum, si nec illos socios, sed cum Philippo conjunctos, adversarios habuissemus? qua de re quid tum ille non dixit? et si nunc, cum tridui itinere prælium ab Attica commissum fuerit, tantum periculum, et terror civitati incessit, quid si ubi in agro nostro ea clades accidisset, fuit

Fatales imperiorum conversiones tempestati conferuntur.

Nisi fuisset inita societas cum Thebanis in majore futurum fuisse periculo Remp.

expectandi?

expectandum? Numquid putatis futurum fuisse, ut liceret nobis etiamnum stare, convenire, respirare? Multum unus dies, et duo, et tres Reip. contulerunt ad salutem. Tum autem,

ἀποσιώπησις — sed dictu indigna sunt, ex quæ re experiremur, numinis alicujus benignitate factum est, et objectu societatis hujus, quam tu accusas. Hæc autem omnia ad vos pertinere volo, judices, et ad circumstantem foris coronam, et audientem. Nam ad istum quidem

Dilemmate urget adversarium. — inquinatum hominem, brevis, et perspicua satis esset oratio. Nam si tibi explorata fuerunt futura Aeschine, soli, cum Reip. de iis deliberabat, tum prædicenda fuerunt, sin haud præsciebas, ejusdem reus es inscitiæ cum aliis. Cur igitur ob ea tu me magis accusas, quam ego te? Tanto enim ego in iis ipsis te

Ante rem ignaves, acta re calumniator. — melior civis fui, quæ dico (neque dum de aliis dissero) quo majorem ego navavi operam in iis rebus, quæ omnibus vi-

videbantur profuturæ, nullius priva
ti periculi metu, aut respectu deter-
ritus. Tu vero neque alia his meliora
dicebas (alioqui meis non usi essent
consiliis) neque ad hæc ipsa exequenda
quicquam utilitatis, et studii confere
bas, sed quid homo nequissimus fecerit,
et Reip. inimicissimus, id fecisti, et post
eventum prodiisti, et simul ac Aristratus
Naxi, et Aristolaus Tasi perpetui, et ma
nifesti hostes nostræ Urbis, atheniensium
amicos judiciis vexant, etiam Athenis
Aeschines Demosthenem accusat. Verum
cui Græcorum calamitates ad nominis
celebritatem, et exultationem reservabantur,
cum æquius esset ipsum interfici, quam
alios accusare, et cui eadem tempora,
quæ Reip. hostibus profuerunt, is bonus
esse Civis, et patriæ amans haud potest,
idq. declarat et vita tua, et facta, et
acta tua in Rep., et non acta. Agitur
aliquid, quod è re vestra fore videatur.
mutus Aeschines. Non successit aliquid,
et secus evenit, quam oportuit? Adest
Ae-

Insectatur Aeschinem ut Reip. hostem

Digressio: etiam cum manifesto pe-

riculo dignitatem Reip. tuendam fuisse.

Aeschines, quemadmodum rupta, et convulsa, si quid mali corpus occupaverit, tum commoventur. Cum autem eventum acriter urgeat, aliquid etiam dicam admirabile, et quæso per Deos ne quis meam demiretur insolentiam, sed ut id quod dicam, consideret cum benevolentia, si omnibus perspicua fuissent ea quæ futura erant, et prævidissent omnes, et tu prædixisses Aeschine, et obtestatus esses, clamitans et vociferans, qui nec os aperuisti, ne tum quidem hæc missa Reip. facienda fuissent, si modo vel gloriæ majorum, vel memoriæ posteritatis rationem habuisset. Nunc enim frustrata esse conatibus judicas, quod omnibus commune est mortalibus, si Deo visum ita fuerit. Jam vero, si principatum sibi in alios arrogasset, eoq. postea cessisset, omnes Græcos ab ea Philippo esse proditos, crimini daretur. Nam si illa sine certamine abjecisset, propter quæ nulla non peri-

pericula majores adierunt, quis te non conspuisset? neque enim Remp. aut me. Quibus, Deum immortalem oculis, qua fronte aspexissemus, hospites in nostram urbem ventitantes, si res eo, quo nunc, redisset, et dux et Dominus omnium Philippus esset creatus? et pretium ad ea prohibenda susceptum, alii sine nobis commisissent? praesertim cum superioribus temporibus Resp. nostra nunquam in gloriam, securitatem periculis, honestatis causa susceptis praeposuerit? Quis enim Graecorum nescit? quis Barbarorum? et a Thebanis, et qui ante hos potentes fuere, Lacedaemoniis, et a Persarum Reges cum optima gratia hoc libenter concessum fuisse Reip., ut quicquid voluisset, acciperet, et sua teneret, imperata faceret, et alium Graecis sineret imperare? Verum ea non erant, ut apparet, Atheniensibus patria nec tolerabilia, nec insita, neque unquam

Athenienses honesta pericula turpi ocio semper praetulerunt.

quisquam

quisquam Reip. nostræ ab omni ævo persuadere potuit, ut cum potentibus quidem, sed injusta agentibus conjuncta, tuto serviret, sed dimicare de principatu, de honore, et gloria periclitari, nullo unquam ævo destitit, atque ea vos ita splendida, et convenientia vestris moribus ita putabatis, ut è majoribus eos qui hæc fecerunt, maxime laudetis, nec injuria. Quis enim non admiretur virtutem illorum virorum, qui et regionem, et urbem relinquere sustinuerunt triremibus conscensis, ne imperata facere cogerentur. et ejus rei suasorem Themistoclem ducem elegerunt? Eum autem qui pronunciarat mandatis parendum esse, Cirsylum lapidarunt, non ipsum solum, sed et mulieres vestræ uxorem ejus. Non enim quærebant illius temporis Athenienses vel Oratorem, vel ducem, per quem feliciter servirent, sed nec vivendum

Themistocles.

Cirsylus

Ἐπιφώνημα

Patriæ nati sumus.

vendum

vendum sibi censebant, nisi id cum libertate facere liceret. Nam eorum quisque putabat se non patri, et matri duntaxat esse natum, sed etiam Patriæ. Quid vero interest? quod is, qui se parentibus tantum natum esse putat, fatalem, et naturalem mortem expectat, qui autem et Patriæ, is, ne hanc servire videat, emori volet, et magis metuendas esse ducet contumelias, et ignominias, quas in serviente Urbe ferre necesse est, quam interitum. Quod si hoc ego dicere aggrederer, vos a me excitatos esse ad elationem animorum dignam majoribus, nemo est quin jure me reprehenderet. Nunc ego vestra esse hæc instituta declaro, et ostendo etiam ante me his animis fuisse Remp., etenim ministerii partem in singulis rebus gestis ad me quoque esse referendam affirmo. Iste autem dum omnium me accusat et succensere mihi vos jubet, ut qui terrorum, et periculorum

Translatio. Demosthenes minister non autor magnanimitatis Atheniensium. Suum periculum cum ignomi-

minia Reip. com pingit.

culorum causa Reip. fuerim, non modo præsentem eripere mihi honorem studet, sed laudationibus etiam vos ad omnem posteritatem privat. Nam si hunc virum, quasi Reip. non optime præfuerit, condemnabitis, errasse videbimini, non fortunæ temeritate cladem accepisse. Sed fieri non

Ab exemplis majorum

potest Athenienses, ut erraveritis, defensione libertatis, et salutis omnium, cum periculo suscepta, non, testor majores nostros, qui in Marathone pro aliis dimicarunt, et qui ad Plateas in acie steterunt, et qui ad Salaminem navale prælium commiserunt, et qui ad Artemisium, et multos alios, qui in publicis monumentis sepulti jacent, fortes viros, quos universos æque Reip. eodem dignata honore, sepelivit, Aeschine, non eos ex illis qui rem bene gesserunt, aut vicerunt, solos, jure. Quod enim fortium virorum officium

fuit

fuit, omnes præstiterunt. Fortuna autem, quam cuiq. numen tribuit, ea sunt usi. Et o execrande, et gibbose literator, tu, quo me honore horum, et humanitate fraudares, triumphos, et prælia, et antiqua facinora narrabas, quorum quodnam requirebat præsens hoc judicium? Me vero, tertiane histrio, ad dandum Reipublicæ de principatu consilium progressum, cujus sumere animum conveniebat? ejus ne qui his indigna diceret? jure quidem occisus essem. Deinde, neque vos decet, Athenienses, eodem animo causas privatas, et publicas disceptare, sed ut quotidianæ vitæ contractus è privatis legibus, et factis spectandi sunt, ita in communibus institutis, ad majorum dignitatem est respiciendum, et suscipere se unà cum baculo, et * tessera magnanimitatem Reip. unicuique esi-

sti-

Etiam occisi in præliis honorandi.

In publicis consiliis privata persona deponenda, assumenda publica.

συμβόλεω

stimandum, cum ad publicas causas dijudicandas acceditis, siquidem ab iis non degenerandum esse creditis, sed in facinora majorum vestrorum delapsus, quędam decreta, et acta prǽterii. Eò igitur revertar, unde sum digressus. Ut Thebas pervenimus, Philippi, et Thessalorum, et aliorum sociorum legatos ibi invenimus, ac nostros amicos perterritos, illius, confidentes. Ut autem hęc me nunc non utilitatis meę causa confingere appareat, recita mihi literas, quas nos legati tum statim misimus. Quanquam ille tam insigni usus est calumnia, ut si quid recte factum est, id occasioni non mihi tribuat, sin quid secus cecidit, mihi culpam, et fortunę meę ascribat, atque ita, si Diis placet,

Redit ad Thebanam legationē

Calumniatorum consuetudo.

suasor, et orator ego, nullius earum rerum, quę oratione, et consilio actę sunt, adjutor ei esse videor, eorum vero, quę in armis, et ducendo exercitu male ceciderunt, solus autor esse. Quis crudelior calumniator, aut execrabilior esse possit isto? Recita literas.

Philippi Legatorum apud Thebanos oratio.

Literę. Convocato igitur populo, priores illos produxerunt, propterea quod illi sociorum loco haberentur. qui progressi, concionem habebant, multum Philippum laudantes, et vos accusantes: omnia quęcunque unquam Thebanis contraria fecissetis, commemorantes, sed illud in summa petebant, ut pro acceptis a Philippo beneficiis, gratiam referrent, et vestras injurias ulciscerentur, utro modo mallent, sive dato eis transitu ad vos, sive ipsi

unà in Atticam facta impressione, et ostendebant, sua quidem opinione, Attica quidem armenta, et mancipia, et cætera bona, si ipsis auscultassent, in Boëtiam ventura: sin nostra oratione moverent, Boeotiam belli fore prædam, et direptum iri, atque alia præterea multa, quæ tamen huc omnia pertinerent, dicebant. Quæ vero nos contra ea dixerimus, singulatim equidem ita referre gestio, ut in vita mihi putem nihil fuisse jucundius, sed vereor, ne vos post res actas, si quas quodam quasi diluvio putetis abreptas, verbis, quæ de iis fierent, frustra vobis facessi negocium existimetis. Quæ autem nos eis persuaserimus, et quæ ipsi nobis responderint, audite. Cape hoc, et recita.

Demosthenis apud Thebanos oratio.

Atheni=enses à Thebanis honorificè, accepti.

Responsum Thebanorum Post hæc igitur vocabant vos, et accersebant, exiistis, opem tulistis /ut quæ intercessere præteream/ adeo familiariter vos exceperunt, ut cum legiones, et equitatus

foris

foris essent, in ædes, et Urbem recipe- Laus
-rent exercitum, ad liberos, et Uxores, fortitu-
et charissima quæque. Itaque tres eo dinis
die Vestras laudes Thebani declararunt justitiæ
omnibus mortalibus pulcherrimas, unam modestiæ.
fortitudinis, alteram justitiæ, tertiam
temperantiæ. Nam et stare vobiscum
in acie, quam contra vos maluerunt,
et meliores esse vos, et æquiora petere,
quam Philippum judicarunt, et quæ tum
ipsi, tum universi diligentissime custo-
dire solent, liberis, et uxoribus Vestræ
fidei commissis, se de Vestra tempe-
rantia non dubitare ostenderunt. In
quibus omnibus Athenienses (quantum
quidem ad Vos attinet) recte sibi con-
suluerunt. Nam neque in Urbem in-
gresso exercitu, quisquam ulla de re
vos vel per injuriam accusavit, adeo
continentes vos præbuistis, et bis instru-
cto exercitu cum eis, in primis confli-
ctibus, altero ad flumen, altero hyberno, Pugna
non modo inculpatos, sed etiam admira- ad flu-
biles vos præstitistis, modestia, appara- vium
tibus hybernas

tibus, alacritate animorum. Quapropter et ab aliis laudabamini, et a vobis ipsis sacrificia et vota Diis solvebantur. Atque ego perquam ex Aeschine velim quaerere, cum illa fierent, et gratulationis, et admirationis, et laetitiae civitas referta esset, utrum una sacrificarit, et laetatus sit cum multitudine: an tristis, et gemens, et aegre ferens communem foelicitatem, domi sederit? Nam si adfuit, atque cum aliis se conspiciendum praebuit, an non inique, vel potius nefarie facit, si quae Diis immortalibus testibus, optima judicavit, ea nunc à vobis alia quam optima postulat judicari, qui per Deos jurastis? Sin haud adfuit, non ne multiplex meretur exitium, si quibus alii laetabantur, eorum ipse aspectu contristabatur? Age, et haec mihi decreta recita.

Dilemma in Aeschinem vel hostem vel calumniatorem.

Decreta Sacrificiorum Itaque nos tum sacrificiis occupati eramus: Thebani autem in ea opinione, ut se per nos salvos esse ducerent, eo res redierat, ut

Eventus legationis apud Athenienses

ut quibus propter istorum conatus auxiliis opus fore videbatur, ii aliis ferretis auxilium, cum meis consiliis paruissetis. Quales autem tum Philippus voces ediderit, in quibus propterea turbis fuerit, ex ejus quas in Peloponnesum misit, literis cognoscetis. Age cape illas, et mihi recita, ut sciatis, mea assiduitas, et erratio, et ærumnæ, et crebra decreta, quæ iste mō exagitabat, quid effecerint. Atqui multi apud vos, athenienses, fuerunt oratores celebres, et magni ante me, Callistratus ille, Aristophon, Cephalus, Thrasybulus, innumeri alii: nemo tamē enim perpetuò se Reip. totū, ulla in re tradidit sed qui decreta faciebat, legationem non obisset, qui legatum agebat, decreta non fecisset. Quisque enim sibi relinquebat, et otiū et si quid accidisset emergendi occasionem, et receptum. Quid igitur dicat aliquis, tu ne viribus, et audacia usque adeo præstas aliis, ut ipse omnia facias.

Thebanos Philippus

Demosthenes suum in Remp. studium, collatione cæterorum oratorum amplificat occupatione vitat arrogantiæ suspicionem.

non

non dico hoc, sed adeo magnum eē,
qui Remp. occuparat, periculum crede-
bam, ut mihi non locum dare, neque
ullam me rationem habere privatæ se-
curitatis, pati, sed boni esse consu-
lendum videretur, si quis nihil prætter-
mittendo, navaret aliquid, atque effi-
Fiducia ceret. De me ipso autem persuasum
Demo- habebam, stupidè fortassis, sed persua-
sthenis sum tamen habebam, neque ullum
de se= decreta facientem meliora quàm me de-
metipso. cernere, neque aliquid agentem, agere,
neque legatum studiosius obire legatio-
nem posse quam me, aut incorruptius.
Propter has causas, in omnibus nego-
ciis præsto fui. Age, lege Philippi
literas.
Literæ. Eò redegerunt acta in
Rep. mea Philippum, Aeschine. Nam
ille vocem propter me edidit, cum
multis prius, et confidentibus verbis
in Remp. inveheretur, ob quæ jure coro-
na donabar ab his, neque tu coram
cum adesses, refragabaris, et Diondas

cu

cum intercederet, quintam suffragiorum partem non ferebat. Age, recita mihi decreta ea, quę et tum absoluta, et ab isto nec accusata fuerunt.

Decreta. Hęc Decreta, Athenienses, easdem syllabas, et eadem verba hñt, quę et prius Aristonicus, et nunc Ctesipho hic scripsit, ea vero Aeschines neque accusavit ipse, neque accusatori subscripsit. Aequius autem fuisset, ut tum Demomelem, illius decreti autorem, et Hyperidem insectatus esset, si me vere nunc accusat, quam ut hunc persequeretur, quam obrem? quia huic factum suum ad illos referre licet, et ad judiciorum cognitiones, et quia isthic ipse non accusavit illos, qui eadem, quę hic nunc, scripserunt, et quia de rebus ita actis nulla jam legibus dat actio, et ob multa alia, tum verò ipsa causa per se in disquisitionem veniebat, priusquam horum quicquam accessisset. Sed non licebat, opinor tum, quod nunc facit, ex antiquis annalibus,

Demosthenes prius etiã similibus decretis cum fuerit ornatus intempestivè nunc exagitari Ctesiphonte.

Calumniatores actum agunt.

et

et multis decretis electa ea, quæ neque præsciebat quisquam, neque in lucem diem fore putabat ut diceret, calumniari, et translatis temporibus, causisq. actionum falsis loco verarum substituendis, vide si aliquid dicere. Non tum ea licebant, sed propinqua veritate, factis adhuc vestra in memoria versantibus, et tantum non in manibus vestris collocatis singulis, omnes orationes fuissent habitæ. Quapropter declinata rerum præsentium disquisitione, nunc posterius venit, oratorum ludum (ut mihi quidem videtur) et non acta in Rep. examinaturos esse vos existimans, et de verbis judicium, non de publica fore utilitate.

Argutias Aeschinis de existimatione Demosthenis ad suam utilitatem tra=

Et tamen argutatur, et dicit, quam opinionem de nobis domo allatam habueritis, esse eam negligendam, sed quemadmodum cum existimetis superesse pecuniam alicui, si ratione putata pari sint calculi, nihilq. superest, concedatis, sic et nunc orationis probationibus esse assentiendum. Spectate

autem

autem quam natura sit minorum, uti par est, quicquid non recte actum fuerit. Nam isthoc ipso sapiente exemplo confitetur, nunc vos habere persuasum, me Patris causam defendere, se Philippi. Neque enim a sententia deducere vos studeret, nisi de utroque nostrum talis esset opinio. Verum cum non recte dicere, quod vos eam opinionem deponere postulet, ego facile docebo: non calculis positis (neque enim haec est pecuniæ computatio) sed singula paucis commemorando, computatoribus simul, et testibus auditoribus vobis usurus. Mea administratio, quam iste accusat, effecit, et ut Thebani non cum Philippo in nostram ditionem irruerent, id quod omnes futurum putabant, sed conjuncti nobiscum, illum prohiberent, et ut bellum non in Attica esset, sed septingenta stadia ab Urbe in finibus Boeotiæ committeretur, et ut non Euboici latrones nos hostilibus direptionibus vexarent, sed ut Attica pacata esset a mari, totius belli tempore,

trahit per invisionem.

Administratio Demosthenis minime cum calculis conferenda.

et

et ut Philippus nec Byzantium caperet, nec Hellespontum teneret, sed ut Byzantii nobiscum illum oppugnarent. Numquid tibi calculis conferenda videtur actionum consideratio, aut ex æquo hæc tollenda esse, ac non potius id agendum, ut æternæ memoriæ consecrentur. Neque jam adjicio, crudelitatem, quam in iis, quorum in universum dominus erat factus, videre licuit, aliis experiri contigisse, humanitatis autem, quam cæteras ille res moliens, erga vos simulabat, vos, ut decuit, fructum percepisse. Verum omitto hæc. Quin illud etiam dicere non verebor, qui oratorem recte explorare, non calumniari velit, eum non quæ tu nunc dicebas, ea accusaturum, exempla confingendo, et verba, et gestus imitando. Ex eo enim non ne vides, non mutatum statum esse Græciæ, si hoc ego verbum, non illud elocutus sum, aut huc manum, non illuc transtuli, sed ipsas res considerantem fuisse, quas habuerit occasiones

παρά-λειψις

De oratore quoquam pacto judicandum.

Resp.

Respublica, et quas copias, cum res gerendas aggrederetur, et quas ego ei deinceps, ut ad Remp. accessi, compararim, et quo loco fuerint res adversariorum. Post, si ego minuissem copias, in me crimen hærere ostendisses, sin multum auxisse, non calumniatus esses. Quia vero tu hoc fugisti, ego faciam. Itaque considerate an justa utar oratione. Copias igitur habebat Resp. insulares, non universos, sed infirmissimos, neque enim Chius, neque Rhodus, neque Corcyra nobiscum erat. Pecuniæ tributæ ad quinque, et quadraginta talenta, atque ea jam ante erant exacta, militem aut equitem, præter domesticos, neminem. Quod vero erat omnium maxime, et formidolosum nobis, et hostibus opportunum isti effecerant, ut finitimi omnes inimicitiis essent, quam amicitiis propiores: Megarenses, Thebani, Euboenses, Ac talis status erat Reip. neque præter hæc aliud dicere quisquam poterit. Quæ ante Philippi fortuna fuerit, cum quo certamen nobis

Opes Atheniensium quomodo auctæ a Demosthene.

αντιδεοις

Copiæ et prærogativæ Philippi.

nobis erat, considerate. Primum præerat iis, qui eum sequebantur, pro imperii auctoritate, quod omnium maximi est in re bellica momenti. Deinde illi arma perpetuo habebant in manibus. Ad hæc, pecuniam abunde dabat, et quæ ei visa erant, agebat, non decretis ante denuncians, neque palam deliberans, neque a calumniatoribus exagitandus, neque violatarum legum accusandus, neque cuiquam obnoxius, sed plane ipse dominus, imperator, gubernator omnium.

Inopia et difficultates Demosthenis.

Ego vero qui ei adversarer (nam et hoc exquiri æquum est) cujus rei potestatem habebam! nullius. Primum enim ipsam conciones habendi facultatem, cujus solius eram particeps ego, ex æquo proponebatis vos illius mercenariis, et mihi, quibus illi rebus me superabant, (multa autem ejusmodi fiebant, aliis alia de causis) ea vos pro hostibus decernebatis.

nebatis. Etsi autem ego tanto eram deteriore conditione, tamen socios feci vobis Euboeenses, Achaeos, Corinthios, Thebanos, Megarenses, Leucadios, Corcyraeos: a quibus, et peregrini milites quindecies mille, et bis mille equites, absque oppidanis copiis convenerunt, pecuniae autem quantam potui contributionem effeci. Quod si aut de jure erga Thebanos dicis Aeschine, aut erga Byzantios, aut erga Euboeenses, aut similibus de rebus nunc disputas, primum ignoras, olim etiam, cum pro Graeciorum defensione trecentis triremes universae dimicarent, Remp. nostram ducentas praebuisse, et non injuriam sibi putasse fieri, neque in judicium adduxisse illius autores consilii, neque id graviter ferre visam esse (turpe enim fuisset) sed Diis immortalibus habuisse gratiam, si communi periculo Graeciis impendente, ipsa duplo plura, quam alii ad omnium salutem contulisset.

Societates Atheniensium.

Occupatio. Hoc norisen' Athenienses, tulisse plurimu' ad Graeciae defensionem.

Deinde

Deinde inanem ab his spatium teris,
Intem- me calumniando. Cur enim nunc
pestiva dicis, quæ agenda fuerint, ac non tu
Aeschi- potius, cum præsens in urbe adesses,
nis ca- decernebas, si per illa tempora licebat,
lumnia quibus non quæ volumus, sed ea quæ
negotia darent, erant accipienda?
Nam qui contra liceretur, et celeriter
a nobis repulsos, acciperet, et pretium
augeret, paratus aderat. Quod si nunc
de iis accusor quæ gesta sunt, quid
A mi- futurum fuisse putatis, si me tum de
nori ad his scrupulose disputante abiissent ur-
majus. bes, et se cum Philippo conjunxissent,
isque simul et Eubœæ, et Thebarum, et
Byzantii potitus esset? quidnam
fuisse facturos aut dicturos censetis im-
pios istos homines? non ne eos esse dedi-
tos? non ne esse repulsos, cum nobiscum
esse voluissent? Deinde si Hellespontum
per Byzantios obtinuisset, si frumenta-
riam in Græciam vectionem, in potesta-
tem suam redegisset, si bellum finitimum,

et

et grave in Atticam per Thebanos est illatum, si mare propter grassantes ex Eubæa piratas navigari non potuisset. nonne hæc dixissent, et præter hæc etiam multa alia? Improba res Athenienses, improba res est calumniator semper, et undecumque invidendi, et obtrectandi causas quæritat, iste autem homuncio natura est vulpecula, quæ jam inde ab initio nihil sani, nihil ingenui fecit, tragicus simius, rusticanus Oenomaus, adulterinus orator. Quid enim eloquentia tua Patriæ prodest? nunc nobis disputas de rebus præteritis? Perinde ac si quis medicus, decumbentibus ægrotis, ingressus non dicat, nec ostendat, quomodo morbum evasuri sint, sed ubi quis eorum perierit, eique justa persolvantur, in funus prodiens, commemoret, si hoc atque illud homo iste fecisset, non obiisset. Attonite, ita ne nunc demum refers? neque vero vel cladem si ea tibi facit animos, ob quam gemere te, o execrande, conveniebat, ulla re,

Ἐπιφώνημα

Insectatio Aeschinis.

Similitudo.

Demosthenes quantum in ipso fuerit

quæ semper

semper quę in mea potestate fuerit, accidisse
invictus Reip. inveniatis, idq. sic considerate.
Nusquam quo ego legatus missus
sum a vobis, unquam victus recessi
a Philippi legatis, non è Thessalia,
non Ambracia, non ex Illyriis, non
a Thracensibus Regibus, non Byzan
tio, non aliunde usquam, non deniq.
que nuper Thebis, sed quibus in rebus
ejus Legati oratione vincebant, eas
armis aggressus evertebat. Ea igitur
a me postulas, neque erubescis eun
dem, et ut mollem incessere, et Phi
lippi exercitibus postulare, ut unus
ego sim superior? idq. verbis? Cujus
enim ego rei alterius habui potesta
tem? neque enim vitę singulorum,
neque fortunę pugnantium, neque
militaris imperii, cujus a me rationem
Oratoris postulas. Adeo es demens, sed quę
in Reip. oratori pręstanda sunt, eorum a me
offi- quamvis rationem exige, non recuso.
cium. Quę igitur illa sunt? ut videat initia
rerum, et pręsentiat, et prędicat aliis,

hęc

hæc a me facta sunt, atque etiam singulis in negociis tarditates, tergiversationes, ignorationes, contentiones, quæ civilia[?] tribus insunt universis et necessaria errata, ea ut in paucissima contrahat, contraq. ut ad concordiam, et amicitiam, et officii faciendi alacritatem cohortes. Etiam hæc a me omnia facta sunt, neque ullus mortalium unquam reperiet me ulla in re officio meo defuisse. Quod si quis quemcunque rogitet, quibus rebus Philippus maximam eorum quæ confecit partem, expedicit, omnes respondebunt, exercitu, et largiendo, et corrumpendis iis, qui in gerendis rebus versans. At ego neque in exercitus imperium habui, neque dux fui. Quare quæ ibi facta sunt ad me nihil attinent, sed resistendo largitionibus superavi Philippum, Ut enim emptor vincit eum, qui pretium accipit, seq. emi patit, ita qui nihil accipit neque corrumpit, vincit emptorem. Quare quod ad me attinet,

Translatio. alios a Philippo corruptos esse n. se.

invicta

invicta est Civitas. Quæ igitur eò contuli, ut hæc jure decerneret hic de me, præter alia multa, hæc, et his similia sunt. Quæ autem vos omnes nostis, ea jam dicam. Statim post prælium, populus, qui sciret, et vidisset, quæ ego fueram omnia, cum jam ipsis periculis, et terroribus cingeremur, neque per iracundiam aliquid in me gravius consulere multitudinem, mirandum fuisset, primum sententias meas de salute Reip. comprobavit, et omnia quæ munitionis causa agebantur, constitutio custodiæ, fossæ, conferenda ad moenium instaurationem pecunia, per decreta mea fiebant. Deinde cum eligendus esset rei frumentariæ curator, ex omnibus me populus elegit, et post eorum conspirationem, quibus curæ erat, ut me pessundarent, quod

Transitio.

Acta sua probavisse probat à populi in se studio.

accusationes, rationum relationes, delationes, cætera ejus generis omnia contra me instituebant, principio non per semetipsos, sed per eos quos maxime latere posse sperabant (nostis enim profectò, et meministis; me primis diebus fere quotidie in jus vocari solitum) et neque desperationem Sosiclis, neque calumniam Philocratis, neque Diondæ, et Melani insaniam, neque aliud illi quicquam contra me intentatum reliquissent: in his inquam omnibus, maxime per Deos immortales, secundo loco per vos, et alios universos Athenienses, merito conservabar, hoc enim et verum est, et cum laude conjunctum eorum judicium, qui et jurati fuerunt, et religiose pronunciarunt. In delationibus igitur, cum me absolveretis, et quintam suffragiorum partem, accusatoribus non tribueretis

tum

tum decernebatis, me rectissime fecisse. Cum vero publicis actionibus absolverer, legitima et decrevisse, et dixisse me ostendebatur, cum rationum actiones obsignaretis, juste et incorrupte a me acta esse omnia confitebamini. Quae cum ita essent, quod conveniebat, aut aequum erat, Ctesiphontem rebus meis gestis, nominis imponere? An non id quod populum imponere videbat? non quod juratos judices? non quod veritate apud omnes confirmavi? Esto inquit, sed illud Cephali praeclarum nullius reum fieri criminis. Imo me hercule etiam fortunatum. Sed qui magis aliquis, si sit saepe reus factus, nunquam reus peractus, vituperandus jure propterea fuerit? Quanquam Athenienses, isti etiam illud Cephali praeclarum respondere possum, nulla enim

Conclusio. Recte se a Ctesiphonte laudatum. Concessio non accusari felicitatis esse potius, quam accusari improbitatis. Correctio concessionis.

unquam iste mihi diem dixit, nullam litem intendit. Quare tua quidem confessione nihilo sum Civis Cephalo deterior. Istius autem iniquitas, et invidentia, cum multis ex rebus perspici potest, tum vero ex iis, quæ de fortuna disseruit. Ego vero in universum, quisquis homo cum sit, homini fortunam objicit, eum prorsus amentem esse duco. Si enim is qui optime secum agi putat, et prosperrima se uti fortuna, ignorat talis ne mansura sit usque ad vesperum, qui de ea dicere convenit, aut eam aliis exprobrare? Quia vero iste, præter multa alia, etiam de his insolenti usus est oratione, considerate Athenienses, et spectate, quanto et verius, et humanius ego de fortuna, quam iste disputem. Equidem fortunam Reip. vestræ bonum esse judico, idq. video vobis, et Dodonæi Jovis, et Pythii Apollinis

nemini fortuna exprobranda

Fortuna athenarum bona omnium

omnium mortalium gravis. Apollinis oraculis, declarari, sed fortunam mortalium omnium his temporibus esse gravem, et acerbam. Quis enim Graecorum, aut quis Barbarorum, non multa mala hac tempestate est expertus? Quod autem et honestissima quaeque suscepimus, et Graecis qui putabant, si nos projecissent, se beate victuros, his ipsis feliciores sumus, id ego bonae Reip. nostrae fortunae tribuo. Quod autem impegimus, et non quae voluimus omnia nobis evenerunt, caeterorum hominum fortunae partem nobis convenientem civitati tributam esse

Fortuna privata in privatis rebus spectanda. censeo. At privatam fortunam meam, et uniuscujusque nostrum, in privatis exquiri rebus aequum esse duco. Ac ego quidem si de fortuna fieri judicium postulo, recte

et

et vere, ut mihi persuadeo, et vos assentiri mihi existimo. Iste autē privatam fortunam meam, communi fortunā Reip. valentiorem esse dicit, parvam, et vilem, bona, et ampla. Id vero fieri qui potest? Quanquam Aeschine, si in meam inquirere fortunam omnino institus, eam cum tua confer, quam si tua meliorem inveneris, desine conviciari, considera igit a primordio statim. Atque vos per Jovem, et omnes Deos oro, ne quisquam ineptiæ me putet. Ego enim neque si quis paupertatē exagitat sanum eum esse puto, neque si quis splendide educatus, ea se gloriatur. Sed istius importuni maledictis, et calumniis in hujusmodi verba incidere cogor, quibus, ut rei natura patitur, ego quā potero, quam modestissime utar. Mihi

Collatio fortunæ Demosthenis et Aeschinis.

Excusat τὴν περιαυτολογίαν

igit

igitur contigit Aeschine, dum fui puer, convenientia discendi loco frequentare, et ea habere, quæ opus sunt homini turpe nihil facturo propter inopiam. Egresso è pueris,

Fortuna Demo. Athenis.

his consentientia agere, ædilitia munera obire, triremes instruere, tributa conferre, nulla vel privata in re, vel publica, liberalitatem meam requiri sinere, sed et amicos, et Remp. juvare. Postquam autem ad Remp. accessi, ea instituta mihi sequi visum est, ut et a Patria, et cæteris Græcis sæpe sim corona donatus, et ut neque vos inimici non præclara fuisse quæ institui dicere, aggrederemini. Talis igitur fortuna mea perpetuo fuit, de qua multa alia quæ dicere possem, prætereo, ne quem iis referendis,

quæ

quę mihi laudi duco, offendam.
Tu vero pręclare vir, et alios con- Fortuna
spuens, cum hac eam fortunam Aeschi-
confer, qua tu es usus, puer in nis.
magna egestate es educatus, una
cum patre ad ludum literarium
sessitans, atramentum terens, et
subsellia spongiis detergens, et pę- Minister
dagogium verrens, famuli vicem, Pręstigiator
non ingenui pueri obiens. Vir fa-
ctus, matri initianti libros lectitasti,
et in cęteris rebus ad imposturam
necessariis, adjutasti, hinnulorum
pellibus, et aqua lustrans, atque
expians eos qui initiabantur, et
extergens luto, et furfuribus, et
cum surrexisses a lustratione, di-
cere jubens, Mala effugi, reperi
meliora, id tibi laudi ducens
neminem unquam tantum ululasse.

idque

idq. et ego puto. Nolite enim credere eum, cum tam clare loquar, non splendidissime ululasse. Interdiu autem praeclaros illos coetus per vias ducens, faeniculo, et populo redimitos, serpentes quas parias vocant elidens, et supra caput efferens, et clamitans, Euoe Saboe: et interim saltitans, Hyes, Attes, Attes, Hyes, auspex et ante ambulo, et piciser, et faciser, et ejus generis aliis nominibus ab aniculis salutabare, mercedem pro istis muneribus accipiens, placentas, et scriblitas, et recentes

Scriba. panes, ob quas quis eum non esse felicem praedicet, et fortunam ejus magnifaciat? Postquam autem in municipii album inscriptus es, quocunque modo (id enim praetereo) postquam ergo inscriptus es,

statim

statim pulcherrimum Tibi munus delegisti, ut dictata scriberes, et in conventiculis operam locares. Ut autem tandem id quoque reliquisti, perpetratis iis omnibus, quæ in aliis accusas, nihil mehercule indignum admisisti natalibus tuis in posteriore vita, sed locata opera tua illis, qui suspiriori cognominantur, histrionibus, simiæq, et Histrio sociati, tertias partes actitabas, et dum ficus, et uvas, et olivas colligeres, tanquam fructuum emptor ex alienis prædiis, propterea plura vulnera accipiebas, quam propter ludos, in quibus vos periculum capitis adibatis. Erat enim vobis implacabile, et perpetuum bellum cum spectatoribus, a quibus plerumque vulnera cum acceperis non injuria talium periculorum rudes, ut timidos derides. Verum omissis iis, quæ

paupertati

ἀποδί- pauper tati imputari queunt, ad
ωξις et ipsas ingenii tui venio accusatio
transitio nes. Eam enim gerendæ Reip. ra
à fortuna tionem delegisti, / posteaquam
ad animi id quoque sibi aliqñ in mentem
vitia. venit / qua, florente patria, te
Patriæ poris vitam degeres perterritus,
proditor et tremens, et semper verbera ex
pectans propter scelerum conscien
tiam. In aliorum autem prospe
ris successibus, ab omnibus spe
ctata est tua confidentia. At, qui
mille Civibus interfectis, fuit ala
cris, quo jure supplicio afficietur
a viventibus? Quanquam autem
ἀποδί- alia multa de eo possem dicere
ωξις tamen ea prætereo, non enim
faciendum puto, ut omnia quę
ostendere queam, ejus flagitia,
et probra expedite proferam, sed
ea tantum, quę sine turpitudine
a me referri possunt. Confer igitr

inter se tuam, et meam vitam leniter, et non acerbè, Aeschine. Deinde hos interroga, utrius vitam unusquisque eorum malit, docuisti literas? ego didici, initiasti? ego initiatus sum, saltasti? ego sumptus prebui, dictata scripsisti. ego in concione sedi, tertias partes actitasti? ego spectavi, excidisti? ego esplodi, pro hostibus egisti omnia? ego pro Patria. Omitto cętera, sed hoc, hodierno die de me, an corona sim donandus, sit judicium, sed me nihil scelerate fecisse, in confesso est. tu id consecutus es, ut calumniator esse videaris, atque in periculo versaris utrum in eo pergere debeas, an vero jam compressi, non accepta quinta parte suffragiorum. Cum autem bona (nonne vides?) fortuna fueris usus, meam ut malam accusas. Age vero etiam publicorum

Contentio utriusq. fortunę per congeriem.

munerum

Publica Demosthenis liberalitas. | munerum quę obii, testimonia recitabo vobis omnia. Sed et tu dicta quę corrupisti, vicissim nobis recita: Venio relictis inferorum sedibus: et Mala nunciare nolle me quidem scias: et Malum male te, potissimum Dii, deinde et hi omnes perdant, improbum civem, et proditorem, et tertianum histrionem.

Dicta corrupta ab Aeschine. | Recita testimonia. In Rep. igitur fui talis, in privata autem vita, nisi omnes nostis me comem, et humanum, et in supplices liberalem, taceo, et nihil dicam, nec ea de re ullum proferam testimonium:

Privata vita Demosthenis χαρά, παράλειψιν | nec si quos ab hostibus redemi, nec si quibus in filiabus elocandis adjumento fui, neque tale quicquam. Etenim in ea fere sum sententia, ut existimem ejus, qui accepit beneficium, esse, ut perpetuo meminerit, ejus qui benefecit, ut statim obliviscatur

obliviscatur, si ille boni viri, hic non pusilli sit factum officium. Nam commemorare, et dicere, quæ ipse benefeceris, parum abest ab exprobrando. Nihil igitur tale committam, neque eo progrediar, sed quæcunque propter hæc de me sit existimatio ea sum contentus. Lubet autem privatis omissis, pauca etiam apud vos dicere de Rep. si quem potes Aeschine, qui sub hoc sole sunt referre mortalium, qui indemnis, et expers olim Philippi, nunc Alexandri fuerit dominatus, sive Græcorum sive Barbarorum: esto, concedo tibi meam sive fortunam sive infortunium nominare malis, omnium malorum fuisse causam. Si vero qui me nunquam viderunt, neque vocem meam unquam audiverunt, multi multa et acerba sunt perpessi, non modo viritim, sed et totæ Urbes, et

Calamitates non Demostheni, sed fatis imputandæ.

gentes

et gentes, quanto est æquius, et verius, omnium, ut apparet, mortalium communem fortunam, et impetum quemdam rerum gravem, et alium quam oportebat, horum causam existimare? Quibus tu omissis, me apud hos gerentem Remp. criminaris, idq. cum scias, si non totum, partem saltem convicii quadrare in omnes, et maximè te. Nam si ego pro me firma autoritate deliberassem, licuisset vobis cæteris oratoribus me criminari. At si et in concionibus omnibus semper adfuistis, et publice quod expediret delibe-randum Resp. proposuit, et cum omnibus, tum vero tibi vel maxime ea esse in Resp. visa sunt / neque enim ex benevolentia mihi concessisses spem, et admiratione et honores, quæ omnia tum sequebantur iis, quæ a me agebantur / sed veris

Communicat culpam si qua commissa sit, cum Aeschine

victus nimirum, et eo quia nihil poteras dicere melius, nonne injurius es, et iniquus, qui ea nunc accuses quibus tum non poteras dicere meliora? ac apud alios mortales omnes distincta et ordinata quodammodo talia esse video. Injuriam facit aliquis ultro? iram, et pœnam subit. Peccavit invitus? loco pœnæ venia parata est, si quis nec injuriam facit, nec delinquit, et cum se totum iis rebus tradiderit quæ omnibus prodesse videbantur, successu caruit cum universis? non æquum est illi opprobare, non convicia dicere, sed vicem ejus dolere. Neque hæc solis legibus contineri, sed ipsam naturam institutis non scriptis, et moribus humanis sanxisse invenies. Aeschines autem usque adeo homines universos superat crudelitate, et calumniandi studio, ut quorum et ipse ut infortuniorum meminit, illa etiam mihi crimini dederit, et præter cætera,

tang-

Iniquum esse infortunium culpæ tribui

Eloquentia Demosthenis, et publice et privatim utilis, Aeschinis nocens.

tanquam ipse simpliciter ex bene
volentia orationes omnes habuisset,
caveri me, et observari jussent, ut ne
fucum facerem, neve seducerem, vete
ratorem, et prestigiatorem, et sabulam,
et aliis ejusmodi nominibus appellare.
Quasi vero, si quis ea quibus ipse est
obnoxius, prior aliis impegerit, ea sic
adhaesura sint, neque auditores quic=
quam amplius consideraturi, quisnam
ille ipse sit, qui ea dixerit. Ego vero
scio istum vobis notum esse omni=
bus vosq; sentire in istum ea cadere
multo magis quam in me, quin et
illud satis scio, meam eloquentiam
(esto enim quamquam video oratoris
facultatem, maxima ex parte in
potestate esse auditorum, ut enim
vos accipitis, et benevolentia quoq;
persequimini, sic de prudentia ora
toris fit judicium. Sed ut sit aliqua
et in me talis peritia, eam reperietis

Eloquentiæ vis pendet a voluntate auditorum.

omnes

omnes, et publice pro vobis usurpari semper, et nusquam contra vos, neque contra quenquam privatim, istius contra, non modo hostium causam agendo, sed ut si quis isti aliqua re fuit molestus, aut alicubi ejus offensam incurrit, eos accusando. neque enim ea juste, neque Reip. utiliter utitur. nam bono civi non est postulandum, ut sua vel iracundia, vel inimicitiis, vel ejus generis alia confirmens a judicibus, qui pro Resp. sunt huc ingressi, aut ea de causa in judicium veniendum, sed maxime praestaret, non esse tali praeditum ingenio, sin mutari natura nequit illius certe impetus sunt moderandi. Quibus autem in rebus vehementem esse hominem versantem in Resp, et oratorem deceat. cum periclitatur summa Reip, quum populo res est cum adversariis. In his hae enim generosi sunt, et strenui Civis, et boni. Cum autem in nullo unquam

Moderandum improbe natura

Acriter defendenda Resp.

crimine

Invidentiam Aeschinis exagitat.

crimine publico, addam etiam nec in privato, pœnas de me sumere postulavit, vel Reip. vel suopte nine, coronæ et laudationis accusatione venire nunc consarcinata, et tot verba in ea consumere, privatarum inimicitiarum, et invidentiæ, et pusilli animi est indicium, bonæ rei nullius. Atque illud etiam, quod me prætermisso, Ctesiphontem huic invadit, et judicio vexat, summæ est improbitatis. Unde fit ut existimem, te Aeschine accusationem istam exercitatæ vocis ostentandæ studio, non ullius exigendæ pœnæ causa instituisse. Neque vero magni æstimanda est oratoris vel oratio, vel contentio vocis, sed idem velle cum populo, atque idem nolle, et eosdem amare, et odisse, quos patria, id demum magno æstimanda est. Qui

Aeschines patriæ hostibus amicus.

enim

enim ita erit animatus, is bono studio dicet omnia. Qui vero eos colit, a quibus imminere sibi periculum Reip. provident, is non eadem nititur ancora, qua populus. Proinde necessitatis eamdem habet expectatione. Sed vides? Ego: easdem enim mihi, quas Reip. utilitates proposui, et nihil eximium, neque proprium esse volui. An ne tu quidem? qui vero! cum statim post pugnam legatus ad Philippum proficiscerere, qui esset illis temporibus causa patriæ calamitatum, idq. cum illud munus antea omni tempore defugisses, quemadmodu omnes norunt. Quis autem est, qui Remp. decipiat? non is qui dissimulat ea quæ sentit? Quem praeco singulis comitiis jure execratur? nonne talem? Quid vero gravius, et sceleratius in oratorem dici queat, quam cum non eadem sentire, et loqui? Tu autem

Deceptor Reip.

talis

talis es deprehensus, et tu vocem edis, et horum vultum audes atque ora intueri? numquid eos ignorare putas, qui sis? aut tanto veterno, et oblivione teneri omnes, ut non meminerint verborum quae jactabas apud populum, te ipsum deivovens, et dejerans, nihil esse tibi rei cum Philippo, sed me id tibi crimen impingere ex privata simultate falso? Cum primum autem pystium nunciatum fuit hinc neglectis, statim fatebare, et prae te ferebas amicitiam, et hospitium tibi esse cum eo, operae mercenariae nomine cum his commutato. Qua enim pari, justave de causa Aeschini Glaucotheae tympanistriae filio, hospes aut amicus, aut notus esset Philippus, equidem non video, sed conductus es ad intervertenda horum commoda. sed tamen cum tua proditio, adeo manifeste ab his

Philippi proditor non hospes aut amicus.

de

deprehensa sit, et ipse de te, post pugnae eventum, indicium feceris, mihi convicians, et objicis ea, quorum quovis potius, quam me autores esse deprehendes. Multas, et praeclaras, et magnas res, et suscepit, et prospere gessit, Aeschine, Resp. per me, quarum non fuit immemor. et ejus Cujus rei hoc signum est, quod populus, cum eum, qui orationem funebrem haberet, clade recenti adhuc deligeret, non te, quantumvis vocalem delegit, quamvis esses designatus, neque Demadem, qui modo pacem impetrarat, neque Hegemonem, neque alium vestrum quenquam, sed me. Cumq. tu prodisses, et Pythocles, ferociter, et impudenter, o Jupiter, et Dii, et me accusaretis eorum, quae et tu nunc objicis, et conviciaremini, multo etiam magis me delegit.

Mandatam Demostheni funebrem orationem argumento esse acta probari populo, et Aeschinem improbari

Causam

Causam etsi nec ipse ignoras, tamen
et ego tibi dicam. Utraque noverant
hi, et meam benevolentiam, et ala
critatem qua negotia gerebam, et
vestra scelera. Quae enim felici rerum
statu jusjurando negabatis, ea ut
cladem accepit Resp. confessi estis.
Eos igitur, qui in communibus ca
lamitatibus hae sententiae impuni
tatem nacti erant, arbitrati sunt
hostes, et olim fuisse, et tum pa
tuisse. Deinde convenire etiam
putarunt, ut is qui tum de defun
ctis orationem haberet, et eorum
virtutem ornaret, nec sub eodem
tecto fuisset, nec eadem sacra
libasset cum illis, qui contra
illos in acie stetissent, neque eos,
qui illic commessarent, et trium
pharent de Graecorum calamita
tibus, cum iis, qui ipsis suis ma
nibus eadem fecissent, huc reversos,

esse

esse honoriandos, neque ab iis illa-
rum fortunam simulata voce de-
plorandam, sed ab iis, qui ex animo
vicem illorum dolerent. Id quod
in se esse videbant, et in me, in
vobis non item. Propterea me dele-
gerint, non vos. Neque vero cum
populus sic egisset, defunctorum
patres, et fratres, tum a populo
delecti, egerunt aliter, sed cum
eos epulum funebre præbere opor-
teret, id præbuerunt apud me, tan-
quam conjunctissimum defunctis,
sicut ceteri solent fieri, nec inju-
ria. Genere enim ipsi inter se
conjunctiores fuerunt, quam mihi,
communiter omnibus nemo con-
junctior. Cujus enim evadere illos,
et bene rem gerere maxime inter-
erat, is etiam, cum eis accidissent,
quæ utinam nunquam accidissent,
maximum de clade communi dolorem
capiebat.

capiebat. Sed recita ei epigramma, quod publice Civitati visum est eorum monimento inscribere: ut ex ipso intelligas Aeschine, iniquum esse te, et calumniatorem, et impurum. Recita.

Inscriptione se pulchri probat, fortunam non esse in crimen vocandam.

Epigramma.

Pro Patria, quos hic tumulus tegit, arma ferentes.
Hostilem valida vim pepulere manu.
Egregia Barbaricis ne subderet ora capistris.
Et grave servitii ferret adacta jugum.
Terribili virtute licet fera bella cierent.
Orci judicio succubuere tamen.
Et demum fortes, (quoniam Jovis illa voluntas)
Contegit in placido Patria terra sinu.

Dii bene perficiunt quicquid
voluere, nec usquam
Errant: mortales aspera fata
premunt.

Audis Aeschine, etiam in hoc ipso,
nihil errare Deorum esse, et omnia
bene gerere? non consiliario eam
facultatem adscribit, quod milites
in acie superiores sint, sed Diis
immortalibus. Quid igitur execrande
mihi propterea convicians, et ea
dicis, quae in tuum, tuorumque capita
Dii convertant? Quanquam autem Aeschi-
Athenienses, et alia mihi crimina, nem- qui
et mendacia objicit, unum denique sine do-
tus rem maxime omnium, quod loco Patriae
in mentione cladium civitatis, non mala con-
ut Patriae amans, et bonus civis memoravit
affectus fuit, neque lacrymavit, ne malum
que ullum talem animi sensum esse
prae se tulit, sed contenta voce, et Civem
exstabundus, et faucibus resonans,
me accusari a se putavit, scilicet

cum

cum ostenderit interim se acceptis cladibus minime sic affici ut alios. Decet autem eum, qui legum, et Reip. curam tangi se dicit, ut iste nunc, ut nihil aliud, hoc saltem habere, ut iisdem cum populo rebus doleat, et iisdem lætetur, non cum Reip. administrationem profiteatur, stare ab adversariis: id quod te nunc fecisse perspicuum est, dum me rerum omnium autorem esse, et propter me Remp. in molestias incidisse dicis, cum vos non a mea administratione aut instituto Græcis opitulari cœpistis. Nam si mihi quidem id vos largiremini, propter me vos tantopere adversatos esse principatui, qui contra Græcos comparabatur, majus mihi donum largiremini, quam ea universa sunt, quæ aliis tribuistis. Sed neque ego id affirmo (facerem enim vobis injuriam) neque vos, sat scio, id mihi concederetis, neque iste si recte faceret, privatæ simultatis causa, maxima vestra decora lædet, et calumniaretur. Sed quod hæc reprehendendo, cum alia multo indigniora objecerit

Translatio culpæ sed honorifica in auditores.

objecerit, atque ementitus sit. nam quod mihi Philippi studium objicit, o tellus, et Dii, quid is non diceret? At me hercle, Deos omnes testor, si res vere consideranda sit, mendaciis et è simultate ortis sermonibus è medio sublatis, qui nam re vera illi sint, in quorum capita eventorum causam conferre debeant universi, istius sites eos esse in singulis urbibus, non mei reperient, qui cum infirmæ essent opes Philippi, et admodum tenues, sæpe prædicentibus nobis, et hortantibus, et docentibus, ea quæ optima erant, propter privatas sordes publicam utilitatem deserebant, suos quique Cives decipientes et corrumpentes, donec servos reddiderunt. Thessalos, Daochus Cineas, Thrasydæus: Arcades, Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas: Argivos Myrtis, Teledamus, Mnaseas: Eleos, Euxitheus, Cleotimus, Aristæchmus: Messenios, liberi Philiadæ

Correctio translationis proditoribus mala omnia accepta ferenda esse.

Catalogus proditorum Græciæ.

liadę, hominis Diis invisi, Neon et Thrasylocus: Sicyonios, Aristratus: Megarenses, Ptaeodorus Helixus, Perilaus: Thebanos, Timolaus, Theogiton, Anemytas; Euboenses, Hipparchus, Clitarchus, Sosistratus. Dies me deficiet proditorum nomina recensentem. Horum omnium athenienses, consilia fuerunt eadem in suis Civitatibus, quę istorum apud vos, hominum nefariorum, et adulatorum, et furiarum, qui suam quique Patriam mutilarunt, quasi propinata libertate, olim Philippo, nunc alexandro, ventre metientes, et fedis libidinibus felicitatem. Libertatem autem, et se nulli parere domino, qui veteribus Grecis fines erant, et regulę bonorum, subverterunt. Hujus igitur adeo turpis, et pervulgatę conspirationis, et improbitatis, vel proditę potius, athenienses (si nugandum

Vel ob integritatem, et abstinentiam, Demostheni

gandum non est) Græcorum liber- homos
tatis, nec Resp. nostra, mortalium habendus.
omnium consensu, causam ullam
præbuit ex mea administratione;
nec ego apud vos. Et me rogas,
ob quam virtutem honorem haberi
mihi postulem? Ego igit. Tibi dico,
cum magistratus apud Græcos omnes,
a te facto initio, corrupti essent,
ut olim a Philippo, ita nunc ab
Alexandro, me neque occasio, neque
verborum comitas, neque pollicita-
tionum magnitudo, neque spes,
neque metus, neque gra, neque
aliud quicquam commovit, aut
impulit ut quicquam prætermit-
terem, quod justum, aut e Rep. ee
arbitrarer, neque unquam quæ vobis
consului, istorum exemplo, tanquam
in trutina nutans, et inclinans
ad quæstum, consului, sed recto et
justo, et incorrupto animo a me
omnia facta sunt, et cum in maxi-
mam

marum inter meę ętatis homines rerum administrationibus sim versatus, eas omnes integre, et recte administravi. Propter hęc honore me dignum censeo. Mœnium autē instaurationem hanc, et fossarum, de qua tu me cavillabare; etsi ne gratiam, et laudem mereri judico, quidni? longe tu ab actonim in Rep. meorum dignitate semoveo, neque enim lapidibus Urbem munii, aut lateribus ego, neque hoc in meis laudibus pręclarissimum esse duco. Sed si meam munitionem recte considerare voles, invenies arma, et urbes, et loca, et portus, et naves, et multos equos et viros pro harum rerum defensione pugnaturos. Hęc ego Atticę propugnacula construxi, quantum humano consequi licuit ingenio, et his rebus Regionem munii, non ambitum tantū Piręei, aut Urbis,

Quibus rebus Urbs munita a Demosthene

neque

neque consiliis ego sum victus a Philippo (multum certe abest) aut apparatibus: sed sociorum duces, et copiæ a fortuna destituti. Quæ sunt harum rerum argumenta? evidentia, et manifesta, quæ consideretis velim. Quid erat Civi Reip. studioso agendum? Quid illi, qui omni cura, et alacritate, et integritate patriæ consultum vellet? non oportebat è mari Eubœa munire Atticam? è mediterraneo Bœotia? e Peloponneso, locis nostro agro finitimis? non providere, ut invectio frumenti per omnia loca nobis amica usque ad Piræum perveniret? non ea quæ tenebamus missis tueri præsidiis, et iis rebus, quæ eo pertinerent, agendis, et dicendis? Proconesum, Chersonesum, Tenedum? non alia conari, ut conjuncta, et socia essent: Byzantium, Abydus, Eubœa? non hostibus maximas quas haberent copias, eripere? non quæ

omnia boni Civis a Demosthene præstita officia.

non quæ Reip. deessent, ea supplere.
Atqui hæc vobis omnia perfecta sunt
meis decretis, et actionibus. Quæ,
et recte deliberata, Athenienses, si
quis sine invidia consideret, inve=
niet, et summa cum integritate acta
esse, et nullius rei occasionem præ-
teritam, aut ignoratam a me, aut
proditam, et eorum quæ sub unius
viri potestatem, et cogitationem
caderent, nihil neglectum. Quod si
numinis alicujus, aut fortunæ vis,
aut Ducum socordia, aut vestra te-
merítas, qui Urbes proditis, impro=
bitas, aut omnia hæc simul, summæ
rerum tantisper incommodarunt,
dum eam subvertissent: quid De-
mosthenes deliquit? Si vero qualis
ego fui apud vos pro mea parte,
unus in singulis Græcorum Urbibus
vir fuisset, imò vero si unum dun-
taxat virum Thessalia, et unum
Arcadia mecum consentientem ha-
buissent, nemo Græcorum qui vel intra

Calamitates vel fortunæ vel proditoribus accepta ferenda

Pilas

Pilas sunt, vel catu, præsentibus malis conflictaret, sed omnes liberi, et sui juris sine ullo metu, tuto, feliciter, suas incolerent Patrias, tantorum et talium beneficiorum vobis, et cæteris Atheniensibus gratiam habentes propter me. Ut autē videatis, me verbis uti longe tenuioribus, quam pro magnitudine rerum, invidiæ metu: recita mihi hæc, et lege numerum auxiliorum, quæ ex meis decretis missa sunt.

Numerus auxiliorum. Hæc, et similia sunt agenda bono Civi, Aeschine: quæ si successissent, o tellus, et Dii, extra controversiam summum dignitatis gradum obtinuissemus, eumq. cum justitia. Cum vero secus ceciderit, nominis certè celebritas parta est, quæ talē esse Remp. pot, aut ejus institutum. Fortuna quidem accusanda est, quæ talem esse rerum eventū voluit. Non ita me amet Juppiter, descend-

Επιφωνημα

Insectatio Aeschinis, ut improbi Civis.

deserenda Reip. est utilitas, et opera locanda adversariis, et hostium magis quam Patriæ commodis promovendis invigilandum, neque ei qui actiones è dignitate Reip. suadendas, et decernendas susceperit, inque eis perseveraverit, obtrectandum. Non si privatim te læserit aliquis, id memoriæ mandandum et retinendum, neque ocium agendum injustum et insidiosum, id quod tu facis frequenter. Est enim est ocium, cives, justum, et utile Reip., quod multi vestrum simpliciter agunt. Sed non id ocium iste agit, multum certe abest. Sed si deserta, cum ei visum

Ocium Aeschini sycophanticum.

est, resp. (sæpe autem ei visum est) observat, quin vos pertæsum sit ejus, qui perpetuo versatur in concionibus, aut a fortuna quid adversi objiciatur, aut aliqua alia difficultas inciderit, ut multa sunt humana, tum vero, tum demum orator subito veluti ventus exoritur,

et

et exercitata voce, et collectis verbis, et sententiis, perspicue et uno spiritu recitat ea, quæ cum nihil omnino prosint, nec ullius boni possessionem afferant, tum calamitatem cuivis Civium pariant, et commune probrum. At istius meditationis, et diligentiæ Aeschine, si ab integro animo proficiscereris, et commodorum Patriæ studioso, fructus oportebat generosos, et præclaros, et omnibus esse utiles, societates urbium, subsidia pecuniarum, mercatus instructionem, legum utilium constitutionem, declarationem hostium oppugnationes. Horum omnium fuit superiori ætate delectus, dedit præteritum tempus bono viro multas declarandæ benevolentiæ hæ occasiones, in quarum nulla te fuisse constat, non primum, non secundum, non tertium, non quartum, non quintum, non sextum, non denique ullo in numero, non certe cum Patriæ opes augeremus. Nam quæ societas

Aeschines inutilis Civis Reipublicæ

tua

tua opera est inita cum Repu-
blica? quod latum auxilium? quæ
parta benevolentia, aut gloria? quæ
obita legatio? quod ministerium per
quod Respublica facta sit honoratior?
quid nostrarum, quid Græcanicarum
rerum, aut hospitalium, quibus præ-
fuisti per te correctum? quæ triremes?
quæ arma? quæ navalia? quæ mu-
rorum instauratio? qui equitatus?
quæ denique ullis in rebus tui
fuit utilitas? quod vel locuple-
tibus, vel tenuibus civile, et æquum
per te latum est pecuniæ auxilium?
nullum. Sed heus, tu, si nihil
horum, at certe benevolentiæ, et
studium, ubi? quando? qui o omnium
iniquissime, cum omnes quot-
quot unquam os pro suggesto
aperuerunt, ad salutem aliquid
contulerunt, et postremo cum Ari-
stonicus collectum argentum + ad
dignitatem recuperandam, ne tum
quidem

Aeschi-
nes non
benevo-
lus Reip.

+ εἰς τὴν
ἐπιτιμίαν

quidem vel prodiisti, vel largitus es quicquam, non ex inopia, quid enim? qui hereditatem cepisti Philonis affinis tui, pecuniæ amplius quinque talentum, et decorum talentum munus ex collecta accepisti a ducibus classium, propter legem navalem exagitatam. Sed ne aliud ex alio dicendo, a proposito excidam, prætermittam hæc, nam te non ex inopia nihil contulisse ex his apparet, sed id caventem, ne ulla re illos offenderes, quibus omnes in Reip. tuæ sentiunt actiones. In quibus igitur rebus tu vir fortis es? et quam splendidus? cum aliquid contra hos dicendum est, in iis es voce clarissima, et promptissima memoria, optimus histrio, tragicus Theocrines. Et veterum præstantium virorum mentionem facis? bene sane facis. non tamen æquum e' Athenienses, ut occupata ea benevolentia, qua vos defunctos prosequimini,

Demosthenes n' cum defunctis præstantibus viris, sed cum hujus ætatis hominibus conferendus.

cum

cum illis me componat, et conferat,
qui vobiscum vivo familiariter.
Quis enim ignorat omnium, viven
tes omnes invidiæ, vel plus, vel mi-
nus esse obnoxios, in defunctos
autem etiam hostium odia conquie
scere? Quæ cum natura ita compa
rata sint, cum iis ego, qui ante me
fuerunt, nunc componar, et spe
ctet? nequaquam, neque enim justū
neque par est Aeschine, sed tecū
et cum alio quocunque iis comp,
qui tuam sectam sequunt, quiq,
vivunt, atque illud considera, ctrū
honestius, et præstabilius sit Reip.
propter veterum beneficia, quæ
sunt immensa, quorum utique
magnitudo verbis exprimi non pōt,
ea quæ in præsentem collata intā
sunt, abjicere, et conculcare: an
omnibus qui aliquid agunt bono
studio, honoris aliquid, et benigni
tatis a Resp. tribui? Quanquam si et
hoc mihi dicendū est, mea quidem
acta

acta, et consilia, si quis recte considerat, illorum temporum laudatos viros æmulari, eosdemq. semper deprehendet. Tua vero eos, qui tum illos incessebant. Constat enim tum quoque fuisse aliquos, qui æquales suos cavillarent, superiores laudarent, in quo invide idemq. tecum faciebant. Itane me conferendum quidem cum illis esse dicis? Tu vero conferendus Aeschines? an frater tuus? aut quivis alius nostri sæculi oratorum? Equidem ullum esse nego. Sed cum viventibus, ô bone, (ne quid aliud dicam) viventem compara, et eos qui sunt ejusdem generis, ut cætera omnia: poetas choro, actores. Philammon nonq. Glauco Carystio, et quibusdam aliis veteribus pugilibus infirmior esset, sine coronis ex Olympia discedebat, sed quod omnium, qui secum congressi essent, optime pugnaret, coronabat, et victor proclamabat. Et tu cum præsentibus me confer

Oratoribus

Correctio Demosthenes imitator veterum

Ejusdem ætatis, et generis homines conferendi.

Demosthenes cedit nemini.

oratoribus, tecum, cum quocumque vis omnium, cedo nemini, inter quos dum sequi optima Reip. licebat, dum certamen de benevolentia erga Patriam, in medio positum erat omnibus, ego rectissime consulere videbar, et meis decretis, et legibus et legationibus omnia gerebantur. Vestrum autem nemo usquam erat, praeterquam si his insultandum erat. Postquam vero (quae utinam facta non essent) acciderunt et non jam Suasorum, sed mandata exequentium, et operam contra Patriam cupide navantium, et aliis adulari volentium delectus habebatur, tum tu, et istorum unusquisque dignitate florebat et magnificus erat, et equos splendide alebat, ego vero infirmus, fateor, sed benevolentior quam vos populo. Duo autem Athenienses hujus natura moderatum Civem habere oportet,

/sic

/sic enim de me ipso minima cum invidia verba facere poteros/ ut et in potestatibus generosi animi instituturum, et Reip. in asserendo Principatu dignitatem, tueaf, et in omni tempore, et actione benevolentiam. Ipse enim si ita sunt in ingenio, posse autem, et valere in fortuna, illum igit mansisse apud me, omnino invenietis, idq. ita considerate. Num cum dedendum postularent? cum ad Amphictyones citarent? cum minitarent? cum pollicitarent? cum execrabiles istos, tanqu bestias in me immitterent, unquam ego meam in vos benevolentiam abjeci? Nam ab initio statim rectam, et veram gerendæ Reip. viam sum ingressus honores, principatus, gloriam Patriæ colere, augere, in his vivere institui. Non ob aliorum ego successu hilaris, et exultans in foro circumeo, dextram protendens, et rem bene gestam nuncians, et gratulans iis

Moderati Civis officium præstita à Demosthene.

Aeschinis insectatio

iis, quos illuc renunciaturos existimem, bona autem Reip. nostrae, cum horrore audio, et gemens, et demisso capite in terram, ut isti impii, qui et civitatem cavillant / quasi non semetipsos cavillent, cum id faciunt / et alio spectant, et alterius res prosperas cum Graecorum cladibus conjunctas, laudant, et ut eae perpetuo durent, elaborandum esse dicunt. Ne vero ne o Dii immortales, quisquam ista vestrum annuat, sed in primis istis etiam meliorem mentem, atque animum date. Sin omnino ita sunt insanabiles, et eos ad internecionem funditus terra marique delete, et nobis caeteris, quamprimum impendentibus terroribus ademptis, salutẽ cum securitate concedite.

Concludit voto, sicut a voto etiã exorsus est.